addes predictis masticem camomillam: melilotum: fenugrecum: semen lini ⁊ similia'. ¶ Procedente vero statu cum iam tota fluxerit mā ad eius cūonem flebotōa basilicam dextrā ⁊ si quidem resoluatur bñ quidem: si aūt non studebis euacuare materiā i apostemate contētam ⁊ virulentā ⁊ resudatam ab eo. Et si qdem fuerit in gibbo cū diuerticis q̄ sunt nota supra: si vero in simā cum soluentibus ventrem ⁊ trahentibus ad intestina: q̄lia sunt que docuit G. clisteria ꝓprie ex sale nitro ⁊ mellicrato q̄ omni tempore competunt: ⁊ proprie lenitiua: vt naturam lenem teneāt: ⁊ materiam sime ad regionē ⁊ venientem sue expulsioni. Inclinet vt vrticam scabiosam mercurialem epithimū ⁊ polipodiū: ⁊ quecūq; moderate ducūt cōmiscendo seu coquendo cibarijs ⁊ ꝑpe ptisanā: ⁊ etiam fortiora illis vt cortices nigri eleboꝛi parum administrabis ⁊ magis cum fuerit in declinatōne. Exterius vero suppones cataplata ⁊ empla ex diaforeticis qualia sunt eupatorium camomilla melilotuꝫ flores absinthij spica crocus casia lignea calamus aromaticus ⁊ alia cōsimilia: debilia non fortia cum indurent apostema resoluendo subtile: ⁊ dimittendo grossum naturam debilitēt superflue resoluendo. Quare oꝫ stiptica illis fortibus cum expedit admiscere que virtutē detineant ⁊ conseruent robur ipsius: ⁊ sine acuitate ne mordicent ⁊ ꝑmouendo materiam apostematis: atq; reuma prouocando apostema augumentent: ꝙ si apostema colericuꝫ fuerit flebotomiam miꝛatiuam mistrabis de basilica in principio cū ꝓp naturam mēbri raro sit sine pecato sanguis: deinde minoꝛabis coleram influentez ⁊ generatam cū admistratione colegogi ex aqua fructuuꝫ tamarindis melle cassia manna aqua ordei ⁊ zuccaro violato: succo rosaꝝ ⁊ reubarbaro: ⁊ aloe rectificato: ⁊ similibus leuiter educētibus sine agitatione, ⁊ confortantibus. Et clisteria ex lenientibus si apostēa fuerit in sima vel diuretica frigida nota si fuerit in gibbo: deide calida gradatim perueniendo ad fortioꝛa ⁊ deinde apocrustica interius fortioꝛa qualia sunt coꝛiandrum aqua melonis indi: ⁊ similiter nenufaris alkekengi iuiubarum: ⁊ aqua pfilij ⁊ sirupus eoꝝ cum endiuia cuscute: vel spica. Et exterius emplin ex p̄dictis ⁊ epithimata cum camphoꝛa sandalis: ⁊ lenticulis aq̄ actu frigidis parum Et diaforetica debilioꝛa vel mixta vel pura suis tēpoꝛibus qualia sunt cuscute lacha absinthiū eupatoriū: spica ⁊ similia: ⁊ zuccharum intus sumpta ⁊ exteriꝰ appꝛopriata ꝙ omnem mōꝛ simplicia ⁊ ꝙposita. Et si quidez totum resoluatur sana remanebit particula: si vero non sed transeat in dubelati ⁊ suppurationez ꝓp materie dispositionē: quod ostēdit ꝓlongatio eius vsque in diem quadragesimum sine defectu fe. ⁊ doloꝛis vt dixit hipo. tunc oportet vt maturationem eius ad statuꝫ perducas incolumen: qō studiū tuuꝫ exerceas secundum regulas sex quas in cura pleuresis diximus illuc ergo recurrere ⁊ eas cū ꝓprijs medicinis compleas. Et licet q̄ ibi dicta sunt epati non sint ꝓpria tamen a secunda virtute in his intentionibus complendis opationem habent ꝓpter propinquitatem. Sicut enim que frangunt lapidē in vesica frangunt ⁊ in renibus. Ita que maturant apiunt ⁊ mundificant incarnant: ⁊ cōsolidant in pleura il la agent: in epate multo magis: sicut etiam aperitiua oppilationum splenis sunt aperitiua earum epatis. Et ex medicinis appꝛopriatis adiuuantibus in maturatione apostematis epatis sunt lac asininum cum zuccaro albo aut zucharum almuset: ⁊ sicut aqua de radicibus cū pisis ficubus dactilis ⁊ alijs similibus cōmunibus ⁊ decoctio polij in ieiunio. Et ex illis sunt emplasta ex farina ordei calamēto cepe assato. radice lilij farina fenu greci ⁊ radice altee. Et potus aque mellis cum aqua ordei: ⁊ de tarasacon sicco. ʒ. j. ⁊ cū lacte asine. Et ex medicinis iuuantibus ad eruptionem apo. epatis appꝛopriatis in quibus etiam cum subtiliatione est confoꝛtatio est scabiosa ⁊ succus eius: nasturtium: ⁊ sic absinthium croc⁹ ⁊ spica radix peonie ⁊ radix alhasce ⁊ radix rubee ⁊ grana alfagredi ⁊ succus eupatoꝛij ⁊ radix centauree ⁊ olim de neriden ⁊ oleum de arboꝛe mastichis ⁊ de lilio. Et ex illis est emplastum de farina ordei baurach fimo columbino: calamento glutine albotin ⁊ pice ⁊ magnis ⁊ similibus. Et ex illis est balneationis assiduatio ⁊ doꝛmire supra epar ⁊ exercitari ⁊ deambulare quantum possibile est. Facta eruptione oportet vt administres mundificantia ⁊ abstergentia ex parte declinationis materie. Et si quidem declinet ad vias intestinoꝛum sanies: dabis aquam mellis simplicem cum succo scabiose vel cum diureticis si declinet ad vias vrine: sed oportet vt diuretica non sint fortia que ledant ⁊ vlcerent simul cum sanie meatus vrine: qō si accidat tunc rectius est vt sit aqua mellis decocta cum equalitate ⁊ permixta cum aliquo glutinatio pauco scilicet amido ouo ⁊ oleo ro. ⁊ cibetur cuꝫ candarusio ⁊ maluis. Et potetur cum aqua ordei cum guma draganti. Cum autem fuerit mundificatio facta perfecte oportet vt sumat in ieiunio incarnantia ⁊ conglutinantia. Ex propꝛijs est vt sumatur thuris sanguinis dꝛa. ana aure. j. seminis endiuie seminis apij ma. ana aure. j. Et sumatur in potu cum aqua mellis vel iuleb: ⁊ post illud cibetur cum stipticis vt confoꝛtetur. Quod si materia seu sanies erupta effundatur ad spatium ventris tunc necessarium est vt incidatur cutis apud inguina ⁊ discooperiatur lacertus adeo vt apparet siphac nomiatus biteron: deinde fiat in eo foramen ⁊ ponatur in eo canella per quam curat pus: paulatim: deinde cum emplastis appꝛopriatis consolidabis: ⁊ totum hoc si ꝓ materiam non resoluatur quod plerunq; fieri consueuit ꝓ ipsam trahentem saniem per medium ossis'. Tertiam rem principij complet debita sex rerum non naturaliū administratio ⁊ etiā quartā rem complent auxilia pura ⁊ diuersa ⁊ vnicuiq; propꝛia ſm pluralitatem ⁊ diuersitatem accidentiū: que dicta sunt: ⁊ aliorum q̄ dicta sūt secundum modum supra in cura apo. stomaci declaratuꝫ illuc ergo redi. Qō si apā frigidum fuerit ⁊ flegmaticū vel melancolicū: qō est raro ecōtra in pluribus est ꝓcedendum ꝓmo. n. facta flebothomia de basilica ꝓp cām iam dictā in mioꝛi q̄titate tāq̄ in p̄cedēti. Et loco colegogi administrabis flemagoga in via mioꝛis cāe leuia: vt est aq̄ albulet ⁊ geleniabin: vl melagogū vt aq̄ sene boraginis ⁊ buglose ⁊ polipodiū. Et prius clisteria ex abstergentibus: ⁊ aperientibus mixta cuꝫ aromatibus in principio simplicia ⁊ composita que supra dicta sunt in cura oppilationis. Et ex propꝛijs est oleuꝫ de kerua ⁊ ō gesemis qō de zābꝛica nūcupaꝫ ⁊ sābucinū. Et ex emplastis propꝛijs melius est emplin stomaticū seu cerotū stomaticon G. ⁊ de seminibus. Et ex electuarijs dia-

curcuma dialacha ⁊ similia: ⁊ trociſci de ſpica ⁊ fiſtici ſt magni iuuamenti. Et ſirupus de ſeibus cū camedreos polipodio ⁊ ſimulibus. Et diaſoretica fortia illis mixta vel pura tēporibus ſuis qualia ſunt q̄ ſupius dicta ſunt. Quod ſi peruenīat ad ſclroſim qđ eſt plurimū ꝓpter indiſpōnē materie ad reſolutionē ⁊ exceſſuꝫ diaforeticorū ⁊ malitiam regimis tūc ſi ꝯfirmatū ſit ac quietum non curatur. Si vero fuerit in p̄cipio ſui curatur. Et quandoqꝫ perdurat cū vita ⁊ q̄ñqꝫ tranſit in idropē ꝟ B. Et ſi ſequitur fluxus mortur. ¶ Cura apo. frigido rum ē due res vt ibi ſupa in cura ſtōaci dictū eſt. ſ. mollificare ⁊ reſoluere quas complere oꝫ cū his q̄ dicta ſūt ibi: ⁊ cuꝫ ꝓprijs epati q̄ hic dicenī ſimplicibus ⁊ cōpoſitis intus ⁊ extra approximatis. Siplices ad has intētiones ſūt ḡna pini maioriſ medulle ⁊ adipes tēpate calide ſe. lini fenu gre. altea: glutē alboti ⁊ pot⁹ apoziatis coſti ⁊ eupatorij fe. gre. ⁊ paſſula. ⁊ oleum amig. dulciū: ⁊ de nucibus recētibus. Et ex eis q̄ valde ꝯferūt ad reſolutionē poſtꝯ tres regulas attēdiſti iea q̄ꝫ ꝓma eſt vt api as cum ſubtilibus rebus vt virtus reſoluētiū ⁊ mūdifi cātiuꝫ ſubitret. Secunda eſt vt p̄mittas calefactiētia ſo tiliantia ⁊ icidētia humorē groſſum ⁊ frigidum atqꝫ viſcoſū q̄ eſt mā eius. Tertia ē vt p̄mitas mollificātia vel admiſceas ea cū eis vt ē ſōn⁹ ſup latus dextrū. Et coſt⁹ eſt vehemētiſ iuuamēti cū ex eo ſumitur i potu ana. ʒ. ſ. vſqꝫ ad aure. j. cū aq̄ mellis: aut vio ⁊ q̄ñqꝫ ꝯfert ſume re in potu oleū coſtinū aut de neriden de kerua aut de balſa. cū aq̄ decoctiōis ru. ⁊ āeti: ⁊ ſi q̄ntitas olei de neriden. ʒ. iiij. ⁊ admiſtreť p ebdomodā ⁊ cōfert maxie: ⁊ ex illis eſt ſenī agni caſti in firu. de eupatorio ⁊ de arnoglo ſa ſicca cū aq̄ ſe. apij: ⁊ endi. ⁊ decoctio lupioruꝫ cū ſpica aromatica ⁊ amig. amaris ⁊ in vio ⁊ bace lauri: ⁊ radix fu. ⁊ cicer nigrū ⁊ politū ⁊ camedreos ⁊ porroꝝ. Et ex cōpositis ꝯfectiōibus ꝯferētibus ad illud eſt diacurcuma athanaſia tiriaca diateſerō dialacha: diacoſtū ⁊ ſagenea ⁊ ex trociſcis tro. de ſpica: ⁊ ex ēplaſtis bōis ad illō ē emplaſtū de meliloto i antidotario dictū aut de diamoron decocto cū vio pōtico aut ſpica ⁊ oleo de fiſticis ⁊ de p̄ſio ⁊ de aneto decocto: ⁊ ex cerotis cerotū iſopi: ⁊ diapēte. Et ex medicis bonis eſt ſecūdū B. vt ponātur ſupra mēbꝝ vētoſe calefacte ſine ſcarificatiōe: deide admiſtrētur medicie fortiores i ſubtiliatiōe ⁊ reſolutiōe ⁊ fac ad hereť ea loco q̄ ſē ſicut nitrū ⁊ ſulfur citrinū p ebdomodā vel mediā: deide admiſtra epithimata cū ſinapi ſingulis. x. diebus poſtea fac vomere egꝝ cū raphāo. Qđ ſi iobediēs fuerit apoſtēa admiſtra cerebꝝ albū. Et q̄ñꝫ deuēit ad cācrū nō eſt ſpes in eo inqt. n. hipo. qbuſcūqꝫ cācri abſcōditi fiūt nō curari eſt melius curati. n. citiuſ p eunt nō curati lōgius tēpus ꝓficiunt.

¶ Capitulum octauū de apoſtemate meſeraicarum ⁊ lacertoꝝ ventris ⁊ cura eius.

Tū apoſtēa fuerit i miſeraicis cura ē cura apoſtematis ꝯcauitatis epatis. Etiā cū apoſtēa ē in lacertis almirach: curať cū apocuſtricis reſoluctibus fortioribus: qñ̄ itentio que ſumitura ꝓticula in illis eſt nulla vel modica: in eſpe magna. Qua pp oꝫ q̄ repcutias in eſpe ⁊ reſoluas cautius ⁊ cū minori audacia q̄ in illis. Cōpoſite ſt medicie que ex p̄dictis ꝯponūtur ad vnāq̄qꝫ intētionē ꝓprijs q̄ ſequūtur. Deſcriptio emplī reſoluctis apoſtēata epatis laudabile ⁊ exptum. ℞. ſtoracis cere ana dauich. iiij. olei de arbore: maſticis oli roſacei añ dauich. iiij. vi cotilas ij. ſ. liq̄ fiat cera ⁊ olīm ⁊ miſceať cū eis. Aliud ad idem. ℞. lilij. amomi ſolij: ana dauich. j. ſtoracis cere: añ dauich. j. oli ō arboze maſticis quantum neceſſe eſt. Aliud ℞ reci. aloes. ʒ. iij. maſticis. ʒ. j. cāomille ⁊ meliloti ana ʒ. vj. oli de lilio q̄tū ſuf. Aliud reſolutiuū ⁊ ꝯfortatiuū ℞. croci. ʒ. ij. bdelij. ʒ. vij. ſozdes vrceoli. ʒ. iiij. amomi ſpice romane carpobalſami ana. ʒ. vj. oli de lilio q̄tum ſuf. Aliud reſolutiuū. ⁊ ꝓpie ei q̄ iduratiōi ē primū ⁊ ꝯfert in doloribus ſplenis ⁊ renū. ℞. ſquille aſſate lilij: celeſtis aſſari. dauci ſemis apij: aniſi ſpice aroatice: caſ. caſto. calamēti mōtani ⁊ fluuialis cimini acori piretri pipis lō. nu. muſ. amomi apij: cuforbij ſeis altee ſticados polij ſiſeleos: ſeis rute: ſemis feni. coztcis radicū capa, ariſto. ru. ciamo. groſſi zizyberis bachaꝝ lauri: ſeis inſg. albi coſti ameos ſeis karui oīum ana ptē. j. Cōficiantur cuꝫ melle diſpūato ⁊ applicet poſtq̄ applicatum fuerit ſufficienter ēplīm de mucilagibus. Medicamē aliō ſactū ex alis cāpeſtribus: ℞. aleoꝫ gentiāe albe eupatorij coſti ariſto. keiſin: ſiſeleos pipis lon. ana dauich. iiij. ſeis apij: aſſari meu. fa. nuc. muſ. ameos. anuidē nigre añ dauich. xv. caſtorei ⁊ aqua ro. añ dauich. xij. ſoluant oia iſta cū vio ⁊ alea teranť ⁊ miſceanť cū melle ⁊ approximent in mōz cataplaſmatis. Inqt iſaac ſi apoſtēa fuerit ex p̄cuſſione vel cāu: vel cōliſiōe p̄cedēte ſlebotōia: deinť renubar. ʒ. ij. cū vino vl ſero caṗno. Be rubee. ʒ. j. cū vino ⁊ ariſto. ro. ʒ. j. cū aq̄ calida. Et ſi ifirmus patiatur i eſpe calozē damus balauſtiā bolū ar. cū aq̄ arnogloſe vl ſuco ſolatri. Pulvis valens ad p̄cuſſionē epatis ⁊ caſuꝫ ℞. balauſtiaꝝ violarū mirte boli armidi: ana. ʒ. iij. ſāda. dra: lach. ana. ʒ. j. ſ. doſis. ʒ. j. cū apoziate de ro. maſt. ⁊ arnogloſa. Medicamē aſclipiadis factū cum melle: ipz namqꝫ exptum eſt conferre pp illud q̄ in ipſo eſt de ſpēbus medicinarū valētiuꝫ ad illud ſm cōditiōes ſuas q̄s diximus. ℞. camepitheos ⁊ praſij: ſeis apij montam gētiane ſeminis agni caſti: fellis vrſi ſeminis cucume. ſcolopēdrie radicis oppoponaci: amiloxum latiū rubee: seminis caulis: ariſtologie piperis ſpice inde coſti: ſemis apij oxtulani ⁊ eruce erbe iudaice: polij apij eupatorij. ḡ noxum iuniperi ana partes equales terātur ⁊ ꝯficiātur cū melle doſis pōdus auellane cū vino.

¶ Capitulū nonū de iflatiōe epatis.

Vſiationis epatis modum cauſam ⁊ locuꝫ habuiſti in p̄cedenti capitulo. Et generaliter cauſas ⁊ ſigna eiūs atqꝫ curam ex dicti ſupa in cura inflationis ſtomaci poteris cō p̄hendere: illuc ergo recurrere: ⁊ cum ꝓprijs intentōnem complentibus operare que tibi enarrata ſunt ſuperius. Et ſi quidem fuerit in ſima cuꝫ eliſteribus cibis ⁊ potibus operare magis. Si vero in gibbo cum diureticis ntus a cataplaſmatibus exterius magis. Si i vt raque parte cum vtriſque ⁊ febris ſuperueniens eſt cura vtriſque: ⁊ febris ſuperueniens eſt cura vtriuſqꝫ cū ꝯſumant iflationis cauſaꝫ.

¶ Cap. x. de dolore epatis ⁊ ipocōdriorū.

Aquit hip. quibuſcūqꝫ dolor fit circa ipocōdria ſine ſlegmōe ſe. his ſuperueniēs ſoluit dolorem qui eſt accīs actiōis leſe ipſius ſequens p̄dictas egritudies cūs. Et eſt gra-

uatus: sed non fit vehemens nisi cū apostemate calido aut ventositate ⁊ similiatur doloꝛi ypocondrioꝝ differt tñ ab illo vt superius dictū est. Qui cum fuerit in ypocū driis: quandoqz est ꝓprius quandoqz ex communitate epatis cum est in dextro quandoqz ex communitate splenis cum est in sinistro: quandoqz communitate diafragmatis: ⁊ est in vtroqz et quandoqz cōmūitate ad costas apo. in lacertis: ⁊ quādoqz cōmunitate totius vt cū accidit in febꝛibus: ⁊ cū tensione multiplicatur in pestilentialibus ⁊ qñqz accidit ꝓpter apostema intrinseca alia: ⁊ qñqz accidit in crisibus cū materia tendat ad interiora vt egrediatur per ea: ⁊ qñqz accidit etiā ꝓpter tensiones spasmosas sequentes malitiam complexiōis. Causas ⁊ signa eius locū: ⁊ curam ex iā dictis in hac sūma ⁊ supra in doloꝛe stomaci poteris cōprehendere. Illuc ergo recurrere ⁊ canones illos istuc reducas ⁊ compleas cū administratione ꝓpriaꝝ mediarum epati que superius hic sunt narrata naturam epatis in omnib⁹ attendendo. Et ex medicinis spiritualibus in doloꝛe epatis in quibus fiducia est habenda sunt simplices ⁊ cōposite. Ex simplicibus vero est absinthiū emplastum cum oleo de alchāna: vel decoctum in oleo simplici secūduz G. ⁊ cum oleo camomilino in ipo. Trocisci de reubarbaro cū descriptiōibus predictis diuersis in antidotario nostro. Confectio de reubar. ⁊ diacurcuma. Confectō mei, solutiua de cozdumeni ⁊ de cesare athanasia minore ⁊ cōfectio asclipiadis dicta supra: ⁊ ex expertis est succi foliꝝ persici. ℨ.ij. cum sir. acc. aut decoctio eoꝝ cuz reubar. ʒ.ʃ. ⁊ croci. ℈.j. ⁊ semine apij ⁊ feni añ. ʒ.ʃ. ⁊ G. vidit in sonno q̄ flebtōia arterie inter pollicez ⁊ indicē exñt curat doloꝛē eius. Confectio medicaminis ad doloꝛem epatis experti. ℞. ro. ʒ.iiij. ſpi. ma. añ. ʒ.ij. succi eupato, absinthij. lache: reubar: croci superiorum corticuz squianti rubee tinctoꝝ assari trium feminum ɣloal. crudi ana. ʒ.j. ɣlobal. ʒ.ʃ. confectio medicaminis cū doloꝛe ⁊ cū solutiōe vētris. ℞. fecis vini decocti: lache spice reubar. ana. ʒ.j. scoꝛie ferri. ʒ. viij. bibantur de eis ꝑmixtis: permixtis. ʒ.ij. cum. ℨ.ij. aque coꝛiandri. ⁊ ex emplastis est emplastum de cozdumeni de melliloto de eufoꝛbio ⁊ similia sunt meliora: ⁊ regimen ⁊ dieta sint extenuatiua: confec. trocis. Azensis frigidoꝝ ad doloꝛē epa. ℞. fo. meze. tritoꝝ agari. mir. citri. sera. ana. ʒ. v. ireos. ʒ.iii. succi eupatoꝛii: spice: ana aure. ii. Conficiantur cum mel. dosis ana. ʒ.iii. vsqz ad. iiii. Cōfectio troc. Azenſ: calidoꝝ ad doloꝛē epatis fortē. ℞. mezereon calcecumenō stercoꝛis columbi: ana equaliter et quarta pars haꝝ eufoꝛbij. Consiciantur cum iuleb. dosis. ʒ. ii. ℈. aut cum firu. viola. informētur pillule de quibus in potu tribuantur cum aqua passularum de cozasceci. Sit que cibus eius esca aut cibus cū sumach aut acetum cū oleo: aut sirupus acetosus. Confectio ad doloꝛem epatis calidū. ℞. azensich. ʒ. v. seminis citri. endiuie portulace feni añ. ʒ.ii. ℈. succi liqui. ʒ.i. ℈. ro. ʒ.i. fiant trocisci cū aqua ro. et dentur in potu cum sirupo aceto. aqua endimie et aqua solatri vel absinthii. Serapio confectio pillularum de eupa. ad doloꝛem epatis ictericiam et seminatiuarum. ℞. aloes succi eupatoꝛii. mirab. citrinoꝝ añ partes equales cōfice cum aqua apij. Iudeꝰ qñ ex grossa ventositate fuerit doloꝛ epatis intrare tinā decoctionis absinthij flozū camo. ⁊ squinanti est vtile valde si sed ⁊ apo. non adsint. Et ex ꝓprijs ad idē spongia ifusa in aqua: decoctionis absinthij: eupatoꝛij: squinanti anisi aceti ⁊ spice. Et emplastū ex absinthio ⁊ oleo ro. i prin. ⁊ ꝓprie vbi timetur apo. ⁊ in prin. cum ceroto facto ex eo oleo de alchanna vel stercoꝛe caprarum montanarum ⁊ oleo facto emplasto sm Abo.

¶ Cap. vndecimum de debilitate epatis.

Debilitas epatis est lesio virtutis ⁊ actionis naturalis ipsius sicut doloꝛ est lesio virtutis ⁊ actionis eius sensibilis. Simpliciter autē ⁊ specialiter sumi pōt ⁊ quid sit vtroqz modo sumpta ⁊ cause eius: que sunt extrinsece ⁊ itrinsece ⁊ q̄ ꝓprie sunt ei ex cōitate aliozum mēbꝛozum vicinoꝝz vt fellis ⁊ splenis: ⁊ remotoꝝ vt stomaci intestinoꝝ renum vesice ⁊ spiritualium vt cozdis pulmonis ⁊ ¡diafragmatis ⁊ alium vt cerebri ⁊ totius coꝛporis vt i febꝛi citantibus ⁊ algoꝛat' ⁊ resolutis coꝛporibus: ⁊ etiā mēbꝛi currentibus ex eis ad ipsum ex quibus maxie ⁊ plurimum contingat ex causis supra capi. de debilitate stomaci: habes ⁊ specialiē sumpta poteris colligere ex generali. Sed signa ipsius habes sumpta: vel simul: nec ñ ⁊ causaꝝ eius i spāli ꝑut ea variat ipsi⁹ natura a natura stomaci diuersa inuestigando sic vnicuiqz applicabis. Maz si quidez debilitatē epatis quis absolute ⁊ simpliciter patiatur quē G. epaticū appꝛauit: signa erunt mutata qualitas ad citrinū vel albedinem vel viriditatē ⁊ qñqz ad fusciditatē ꝑut supꝝ in signis complexionū stomaci ⁊ epatis fuit dictū. Cum. n. coloꝛ coꝛporis ex rubeo ⁊ albo fuerit admixtus sanitatem ei⁹ significat. Et exeuntia. ſ. vrine ⁊ egestio mutata secundum plurimuz ꝓp illud q̄ supra dictum ē a naturali i coloꝛe citrino vel pallido rubeo vel glauco ⁊ substantia subtili grossa ⁊ aquosa: ⁊ sedimie multo vel pauco sm diuersitatem facientis cause ⁊ etiā actio lesa nā plurimos eoꝝ qui debilitatē hñt: i suo epate cōcomitatur ⁊ ꝓprie cū penetrat cibus doloꝛ leuis extensus vsqz ad crura. Si vero debilitatē patiatur spāliter ⁊ ꝑncipaliter digōnis ipsius signa erunt qñ sanguis egrediens i flebothomia erit a quosus: qñ membꝛis non vnitur nec asimiliatur quare iflamatur ⁊ ꝓprie facies ⁊ oculi. Etiam vria ⁊ egestio sm plurimum c̄: sicut lotura carnis: qñ non sepatur aquositas a sanguine: sed transit sanguis cū ea vel subtile eius nisi illud ex debilitate retentiue sit: que tam diu non retinuit donec digestiua pfecte cibum in sanguinē alteraret. Et signa debilitatis digestionis quādo c̄ ꝑncipalis: ⁊ qñ est ex peccato admistrantiū supra de debilitate stōaci habuisti aūt q̄ generatū sanguinem totuz cōtinere non pōt sed pars aliqua egreditur non retenta. cū vrina vel egestiōe: vnde sequitur sicut dixit G. fluxus san. ⁊ ꝓprie vrina sanguinea. Inqt Abo. ⁊ est preterea cū egritudinibus acutis sanguineis vrina sicut sanguis ipse emittitur apertione vene in ea non existente significat repletionē sanguinis superfluam ⁊ talis fluxus longus in processu non muttatur: ⁊ fit in habente complōnem calidam colericus virulentus: deinde sicut fex ⁊ sicut sanguis nigrefactus aduſtus ⁊ in habente cōplexionem frigidam fit sicut sanguis nigrescens congelatus differens ab aduſtio in multitudine opacitate ⁊ obscuritate nigredinis ⁊ odoris priuatione ⁊ puenīūt ābo sil' a dfluxū diuersoꝝz coloꝛū i fine ⁊ illud ostēdit q̄ dige-

stio fit mutata ad corruptionē. Q̄ō si egestio fuerit alba et vrina propie alba transiens erit signū q̄ eius digō oīmode sit ablata vñ debilitas corporis seqtur mlta nec erunt signa superfluitatis cū nō superfluere possit vt sup̄ debilitate stomaci est ostēsium. Debilitatem autem attractiue spiritualiē et principaliē significat egestio : chilosa: nisi sit pp oppilatiōē mesaraicaꝝ cui⁹ signū distinctiuū ē qñ in oppilatiōe eaꝝ citius egreditur chilosa egō et ē grossio: pp subtile chili q̄ tractū fuit ad epar grosso ne queū⁹ penetrare et est minoris quātitatis p̄opter hoc. Et qñ cum hoc fuerit vrina tincta significat quod nocumentū est in attractiua tantū: nō in digiua: vria.n.ē magis significatiua debilitatis digestiue: egō aūt magis attractiue. Et certificat debilitatē digestiue debilitas corporis: debilitatem vero retentiue ipsius spāliter ⁊ ꝓprie significat q̄ ab eē festinat expulsio cibi: qñ ad debilitatē vnius seqtur fortitudo alterius ⁊ econuerso vt ait G. Quo expulso ãte quā fiat hūoꝝ generatio seq̄ superfluitatū triū mioratio nō tñ hūoꝝ ⁊ ēt vrie ⁊ tincture eius: ⁊ ēt tinctura egōnis miorat: qñ colera non generat q̄ tingat vtrunq; ⁊ miorat ēt necessitas surgēdi ad sellā cum colera nō trāsmittat ad intestina : q̄ producit qñq; ad colicā: ⁊ mlta cū nō generet ad splenē nō trāsmittit: nec ō eo ad os stōaci vt excitet appetitū q̄ miorat. Et apparēt signa debilitatis digiue ex debilitate ipius ⁊ sē q: nutrimentū puenies ad mēbra est illaudabile imꝑfecte digestū ⁊ aquosum: q̄ nō bene vnit: nec quertit in membra: ſz superfluēs in eis cāt inflationē cū mollicie ⁊ colore subalbido. Et qñq; producit ad idropisin. Sed signa cātū debilitatis absolute ⁊ spāliter sumpte extrinsecarum ⁊ intrinsecaꝝ ⁊ ꝓpriaꝝ: ⁊ ex cōitate exāntiū ex signis p̄dictaꝝ cāꝝ eius cognoscere poteris: nec nō ⁊ curaz. Cura ergo intuere illic ⁊ illa reducas in hūc locū: ⁊ put oz curam cū ꝓprijs opare p̄dictis simplicibus ⁊ ꝙpositis: ⁊ q̄ hic subiūgemus cū auxilio iesu xp̄i omnipotētis cuius nomen sit p̄finita secula bñdictū. Ad debilitatē bonuz ad debilitatē ep̄is abo. ℞. lacce ablute aristologie aloes ana.iij.succi cupa.semi⁹ feni.⁊ attriplicis: ana.z.v.absinthij rōani.z.vij.seminis endi.⁊ āeti: ana.z.v.scis.epij z.iiij. fiant ex eis troci.aut sufuf. Aliud medicame G. exptū. ℞. paſſu.enucleataꝝ aure.xxv.croci aure.j.ſ. calami aro.aureos duos.bdelij iudaici.z.ij.ſ. cinamomi aureū vnū: cassie aure.ſ.spice: aure.iij.sqnāti: aure.ij.ſ. mir.aur.iiij.gūi alboti aure.iiij.darsesahā aure.ij.mēl. aure.xvj.vini q̄tū suf.⁊ q̄tū ponit in ipo opiū ⁊ semen iusqami cū associata est debilitas caliditati: ⁊ pp hpc filoniū ꝙuenit. Et estiauit G. q̄ hoc medicamē est ex cōuenientibus ei cū suis ꝓprietatibus. Euaporatio conferens valde. ℞. cinamomi casie ana.ℨ.ſ.spice.z.j.substātie absinthij: eupatorij ana.z.v.buliāt in vio odorifero stiptico in quo sint cōmixte tortelle ⁊ addat olei de neriden .ℨ.j.⁊ infusa lana fiat euaporatio si debilitas ex cā fuerit frigida. Si vo ex calida fiat hoc. ℞. endiuie cū radicibus. Ad.j.sandali vtriusq; spodij una.z.ij.cuscute floꝝ absinthij ana.z.vj.buliāt in aqua ro.cū succo granatoꝝ muzoꝝ vel paꝝ acet: ⁊ p̄dicto mō fiat euaporatio. Emplim bonū ad idē in cā calida. ℞. ro.ꝓputioꝝ vitis albe: cimaꝝ rubi: añ. Ad.j.vio.ℨ.ſ.spodij.sandali ēdiuie: flo.sqnāti ana.z..ij.⁊ ꝙfice cū olo ro.⁊ cera. Emplastū bonū in cā frigida. ℞. cipi.masticis spice thuris galie nucis cip̄si ana.ℨ.ſ.cimaꝝ sqnāti anisi fenic.apij seminis ana.ℨ.iij.muſci.z.j.acet.ℨ.j.succi cupatoꝝ.ℨ.ij. olei de renbar.⁊ cere q̄ sufficit: ⁊ q̄ñq; addit aloes. In qt Albo.cū vides ip̄ressiōez debilitatis epatis pueniētē ad digestionē: cōforta cū his i qbus est stipticitas ⁊ caliditas cuz mensura ⁊ aromaticitas. Et si in eis maturatio fit sicut sūt medicine cōposite ex his vt spica folium nux mus.cortādrū vl cardamomū: mastix calamus aro. cipi ⁊ similia. Et si fuerit puenies ad retentiuam adde in stipticitate ⁊ minue de colefactiōe: aut ꝙforta hmōi medicinas cuz medicinis cōpositis ei cū infrigidatione sicut sūt balaustie ro.ipo.⁊ similes. Et si puenerit ad attractiuā ꝙforta cū eis in qbus est pua stipticitas ea mensura q̄ cōseruet virtutē epatis ⁊ sit in eis caliditas ⁊ aromaticitas que ex p̄dictis eligere debes simplices ⁊ cōpositas sm mōz approximatas studēdo in apitione opilationū: ⁊ si puenerit ad expulsiuā ꝙfortabis cū calefaciētibus aromaticis: ⁊ hūectātibus. Et calefac renes splenem ⁊ viscera ⁊ aperi opilatiōes his p̄dictis medicinis obuiabis malitie ꝙplonis ⁊ aq̄ plurimū debilitas absoluta ⁊ specialis ꝓuenit. Et q: ex oi malitia ꝙplonis prouenire poterit studebis ipam cognitā cū p̄dictis alterare ⁊ cū dieta extenuatiua vel resūptiua sibi ꝓput oz ⁊ vbi ꝓspera inuenies si xp̄s voluerit G. electuariū valens ad debilitatē epatis mūdificat canales eius ⁊ fellis subtiliat hūores ꝓuocat vrinā ꝙfortat epar cōfortatione magna. ℞. ligni.alo.ros.spice nardi cinamomi bar.ana.z.ij.lache renbar.gare.añ.z.ſ.assari ani.maioza.masticis q̄ natoꝝ balsami: ana.z.iij.fu.meu.squinānti spodii ana.z.i.camepiteos cuscute ana.z.i.ſ. Conficiantur cū aq̄ simpo de ligno aloes aq̄ ro.et ꝛuc. dosis añ.z.i.vsq; ad.ii.

Capitulū.xii. de cacesia et est q̄litas mutata.

Acesia sm. Aꝝ.generaliter sumpta est mala corporis dispō quā seq̄ egritudo. Specialiter aūt ē mutata q̄litas seu habitudo corporis añs idropisiz. Cuius cā mediata ē debilitas epatis et ꝓprie digestiue cui⁹cās imediate p̄mittimus. Cū.n.debilitatur ipius digestia sanguis generatio fit flegmatici et aquosi: cū digō sm G. ispirando p̄cedat qui mēbris nō vnitur vt ait G. q̄re remanet in sacie ipoꝝ: et superfluēs habitudinē ipoꝝ imediate naturalē pmutat alterat et iflat et tūc dicit cacesia. Et cū superfluit ita quod flegma vel aqua adeo vincat in sanguine q̄ natura segregare nequeat: sed trāseat cū sanguine ad mēbra: et in coꝝ vacuitatibus aggregetur seqtur idropisis : dicens a cacesia inquātō eius q̄ est ex toto generet natural cognoscitur ex pmutatione coloris corporis ⁊ faciei ad albedinē ⁊ citrinitatē: ⁊ apparet iflatio in palpebris ⁊ extremitatibus manuū ⁊ pedū: ⁊ q̄ñq; spgitur in totū corpus ita vt fiat sicut massa i qua expressiones dimittūt vestigia ⁊ ꝙcauitatates. Et q̄ñq; appetit⁹ multiplicatur ꝓpter flegmatis acris multiplicationem ex debilitate digestiōis. Et q̄ñq; debilitatur appetitus crescit sitis cū digestio corrupitur in ꝓcessu ⁊ serose et nitrose superfluitates veniūt ad stomacū: et accidūt tūc vigilie et in icomissuris ⁊ giginis caliditas et pruritus ꝓpter vaporem corruptum ascendentem: et miorat vrina et sudor: et multiplicatur vētositas: ex aqua accidit inflatio in mirach: et descēdit et iflat bursa testiculoꝝ: et cū accidit in eorum corporibus vlcus fit difficilis cōsolida

tiõis ꝓp̃ compl̃onis corruptionẽ ⁊ hũiditat̃ abũdãtiam
¶ Cura cacesie est vueres. vna est epatis confortatio
⁊ digestiue eius ꝓprie nec non ⁊ aliorũ scilicet stoma
ci ⁊ membrorũ: vt materie non generent̃. Alia ẽ exiccatio
generante humiditatis multiplicate in sanguine. ¶ Pri
mã rem ꝙlẽt q̃ in p̃cedenti ca. habuisti ⁊ in cura debili
tatis stomaci ⁊ digiue eius illa ergo p te videas. Secũz
rem ꝙlebis cũ his q̃ in cura male ꝙlonis stomaci hu
mide men ⁊ ep̃is diximus ⁊ spãliter ⁊ ꝓprie cum cua
cuationibus hũiditatũ p oẽm regionẽz ꝙuentẽtez ei pu
ta p secessũ: ⁊ hoc cũ clisteribus ⁊ abstẽsiuis cum aperiti
uis subtiliãtibus ⁊ icidẽtibus: ⁊ ꝙfortãtibus ⁊ soluẽtib⁹
in ꝓncipio cũ facilitate. Deide cũ fortioꝛib⁹ q̃ sẽ ex p̃dic
tis nõ cũ farmacijs ⁊ ꝓprie ex iera. g. factis si calas fue
rit mixta vl̃ cuz ieris magnis. s. cologntide pp flegma ⁊
ieralogodion rufina ⁊ alijs. ¶ Dũdificãt. n. hec sanguinẽ
⁊ mẽbra p̃dicta a supfluitatibus absq; humiditatib⁹ ma
nẽtis. Flebotho. aũt in hoc locũ nõ habet nisi raro. s. cuz
debilitas fuerit ex repletiõe sanguis: vel retẽtiõe: ⁊ ꝓpe
menstrualis i mlieribus ⁊ emoꝛoidalis in viris: ⁊ tũs in
ꝓncipio locũ hẽt antep̃ debilitas crescat: ⁊ in pauca q̃ti
tate ⁊ dispartita vocc ꝙpleatur indigẽtia: ⁊ vtus melius
toleret: ⁊ cũ võitu ꝓuocato cũ his q̃ materiã respiciũt
ꝓpriã q̃ supius in cura stõaci dicta sunt. Et cũ ꝓuocan
tibus vrinã hic. s. in cura oppilationis ⁊ aposthẽatis epa
tis dictis ⁊ sudorẽ ꝓuocãtibus: vt sunt vnctiões potio
nes ⁊ balnea nãlia termaz ⁊ artificialia sicca non humi
da. Fricationes ⁊ exercitia supra i cura stõaci dicta: ⁊ cũ
regimie exiccatiuo in oĩbus non naturalibus reb⁹ supi
us declarato: q̃ oia infra in cura idropisis seriose specifi
cata subiũgemus duce xp̃o.

¶ Capitulum. xij. de hydropisi.

Ydropisis vario mõ notificat̃ a Johãnitio
n. q̃ sit mala ꝙlo humida mãlis: ab Abo.
apostẽa aquosũ vel egritudo male ꝙpõnis i
q̃titate supfluitatis magnitudinis mẽbrorũ
t. G. q̃ est dispõ vel mala q̃litas seu habitudo corꝑis
sequens peccatũ digestiõis ⁊ vnionis act̃. nutritiue vir
tutis. Nec mirũ cũ fz eum nihil mirãduz eadem signa
tres habere rões in vẽntibus habitudinibus ⁊ sana ⁊
egra ⁊ neutra dici similiter eandẽ egritudinẽ diuersis ꝙ
sideratiõibus in diuersis generibus egritudinũ ⁊ diuer
sis p̃ter nãm rebus repoꝛi nõ est mirabile. ¶ Cuiuscũq;
aũt generis sit tres sũt eius spẽs. s. ascites ipo. ⁊ timpa
nites: ipo. vo anasarcha ⁊ leucoflantia finonima sũt spe
cies. Eius aũt causa duplex est cõis ⁊ ꝓpria vnicuiq;
spẽi. Cõis est quincuplex naturalis: localis efficiẽs fõ
malis ⁊ finalis. ¶ Material est mã frigida de genet̃ fleg
matis aquosa vel vẽtosa. Localis est vacuũ ventris i
ter girbũ ⁊ siphac in quo mã p̃dicta colligit̃ ant spõgio
sitas mẽbrorũ corꝑis vniuersi. Efficiens est triplex cõ
iuncta añs ⁊ ꝓmitiua: ꝙiuncta est duplex: vere ⁊ q̃si ve
re: ꝙiuncta est mã ipa frigida mẽbra alterans: ⁊ in tumo
rem elevans q̃si ꝙiuncta est debilitas epatis: ⁊ digestio
nis eius ꝙtinue illam materiã regenerãs dicẽte. G. om
nis idropi. cã pp infortuniũ sãguificatiõis est ficẽs. Añs
est mala dispõ epatis ⁊ aliorũ membrorum digestionis
de genere male cõplexionis pure: vel hũoralis ex se vel
vicinitate solutio ꝙtinui ⁊ aposthẽa habẽt efficere nocu
mẽtuz in vigõne. ¶ Primitiua est ois cã exterioꝛ nocu
mentũ in vigõne ꝓximẽs: ⁊ debilitatẽ maioꝛẽ q̃ in ca
cesia p̃dicta: que superius dicte sunt hic ⁊ supra de cura
debilitatis stõaci: ⁊ digõnis eius. Cã aũt formalis ẽ sua
essentia hĩta p notificatiõez ipius. Cã finalis est vt de
struat totalr̃ digiam ep̃is: ⁊ ad interitũ pducat ⁊ plrimũ
ita est cũ fuerit antiq̃ta ⁊ ꝙfirmata ⁊ ꝓpe ascites deinde
tipanites: deinde ipostarca vt infra patebit. Cã aũt ꝓpa
vnicuiq; spẽi eius ex varietate cãz p̃dictaz põt assumi
Cũ. n. epar ⁊ digiua eius fuerit debilitata ꝓncipalr̃ non
tñ mltũ. q: generet sanguinẽ sz flicũ q trãsiẽs ad mẽbra
digõnis ttie infridata nõ pfecte coq̃t: nec in sanguinẽ ꝙ
nertit̃ puz sz i flicũ potius ger eis nõ vnit̃ sz supfluẽs co
rum spõgiositates replet: ⁊ cum nõ possit resolui ⁊ mlti
plicaꝛ ⁊ ea elevat in tumorẽ: ⁊ tẽ efficit ipostarcã q̃ cum a
debilitate digõnis miori ꝓcedat: ⁊ cãm ꝙiuctã ⁊ diffusã
hãt i oib⁹ ñbris miozis piculi erit. Et lz aquositas ⁊ vẽ
tositas sint diffusibiles magis q̃ flegma p oia ñbra tñ q:
sũt facile resolubiles ita diffuse: ⁊ nõ pmanẽt ipostarcam
generare nõ valebũt sic̃ flatucas ipa. Cũ vo epar ⁊ dige
stiua ip̃ius fuerit debilitata ꝓncipalr̃ in se: ⁊ fuerit au
gmentata valde ⁊ pfecte adeo q: nõ generet sanguinẽ fla
ticũ vt ꝓius: sz oio eius ꝙtũ: qõ est aquositas q̃dã supab
undans mltũ in sangnine pauco nec possit seq̃strari ab
eo ⁊ expelli ad ꝙsuetas regiones aut pp debilitatẽ expul
siue ep̃is ⁊ attractie renũ aut pp mltitudiez ⁊ abũdãtiaz
eius aut pp viarũ obstructionẽ: nec ñbra illã trahãt cũ
abhoꝛreant: remanẽs in ep̃e cũ nã sibi illã neq̃at sbstine
re p resudationẽ q̃dã p poꝛos velaminis eius trãsit i va
cuũ vẽtris ⁊ ibi colligit̃ ⁊ tũc efficit̃ va ⁊ ꝓpa idropisis:
q̃ ascites dicit̃: q̃ est aquositatis collectio. Et q: materia
eius q̃ est cã ꝙiuncta sil: collecta est: ⁊ a cã maiori: ⁊ q̃si p
fecta debilitate ꝓcedẽs: ideo magis piculosa dignoscit̃:
⁊ quoq; q: spiritalibus est magis ꝙiuncta. Cũ vero debi
litas digestiõis icipit in stõaco pp aliq̃ suaz cãz: fuerit
q; caliditas stõaci: ⁊ intestinoꝛũ debilis i se vel lz in se for
tis debilis tñ respectu cibi q: fuerit grossus viscosus vl̃
nãliter vẽtosus multiplicabit̃ vẽtositas in eis cum aliq̃li
hũiditate pp diminutã decoctionẽ cibi: q̃ transiẽs ad ep
non corrigit̃ in eo pp debilitatẽ ipius ex ꝙpassiõe grãdi
ad stõacũ sic̃ supra de debilitate stõaci auctoritate. G. cõ
dictũ. Et cũ ñ lz possit expelli aliq̃ phibẽte cã nec nã va
let tolerare ibidẽ subtilitate sua penetrabit p poꝛos ve
lamis in vacuũ ventris: ⁊ ibi faciet iflatiõez: q̃ ip̃oprie
⁊ abusiue dicta est idropisis ad similitudiem tumentis
ventris in idropisi: ꝓpe tñ a modernis dicit̃ tipanites
a ꝓprietate tipani: qõ ꝓcussũ resonat pp ꝓcussionẽ aeris
p pellis extẽsionẽ ab antiqs vo ficca dr̃ idropisis cũ ven
tri non sit aquositas aliqua de qua sit curãdũ: imo ven
tositas sicca q̃ a caliditate ꝓcessit: ⁊ idropisis va a frigidi
tate ꝓcedat: vñ hip. ip̃am idropẽ nõinauit siccã: q̃ cuz a
debilitate minori digõnis ꝓcedat ⁊ a caliditate min⁹ de
ficiente ep̃ ascites ⁊ maiori q̃ ipostarca: ⁊ cã eius ꝙiuncta
sit magis resolubilis tenebit mediũ in iferẽdo piculuz ⁊
morte int̃ p̃dictas spẽs eius. ¶ Signa idropisis quoq;
signa hẽt cõia: ⁊ ꝓpria. Cõia vo sũt duplicia: q̃dã sunt
cõia spẽbus inquãtũ huiusmõi ⁊ q̃dã sũt cõia eis inq̃tũ
ex cõibus causis ꝓcedũt. ¶ Prima sũt ex parte q̃litat̃ mu
tare: q: color̃ alteratio ad citrinũ: pallidũ vide: seu nigruz
⁊ iflatio palpebraz ⁊ oculorum pp cãm supi⁹ dictã iflatio
extrẽoz ⁊ ꝓprie pedũ pp clõgationem a fonte calozis

Signa

(color pallidy

) infla° ephi; mor

propter motum ⁊ situm eorum infimum. et propter materie grauitatem et se. tepida plurimum. Et sunt alia ex actione lesa vt sitis clamosa et aqua nō euacuantur cui⁹ causa est triplex. ¶ Prima est propria passio stōaci et nutritiuorum ex qualitate nitrosa et acuta: aquositatis collecte in eis que inflat ⁊ exiccat ea. Secunda causa est cōpassio eorum ad spiritualia et est cōstrictio anhelitus: ⁊ inflāmatio spiritualium ex vaporibus ascendentib⁹ vt i ascite ⁊ timpanite sicut dicit Ā. vel propter materiam crudam in spiritualibus aggregatam sicut in ipo. Et tertia est quia potus aque non penetrat ad mēbra exiccata vt ponit Albo. propter oppilationē que precedit vel cōcomitat plurimū vel sequit necessario. Et paucitas appetitus cibi nisi accidat a frigiditate epis vt cū prouēit ex potu aque frigide superfluo in hora nō sua. Et alia sunt ex exeuntibus a corpore. Nam in oibus spetiebus ⁊ ppie in ascite minoratur vrina: ⁊ in pluribus dispōnib⁹ rubet propter impotentiā sequestrationis ipsius ⁊ sanguine ⁊ colera rubea: nō ergo oz vt iudicetur per tinctura vrie ⁊ rubedinē ei⁹ caliditatis idropisis frigide: nec collice frigide: nec oppilationes ex frigidis hūoꝝ⁹ sicut nec per eius albedinē frigiditas se. acute ⁊ frenesis vt ait Albo. Et multotiens accidit eis bothoꝝ que erupte mittunt aq̄ citrinam ⁊ multiplicatio egestiōis sanguinolente ⁊ ppie in ipofarca ⁊ timpanite. Et breuiter signa cōmunia spetiebus idropisis sunt cōmūia signis cacesie ⁊ eadem spetie secūdum plurimū differentes tamen in q̄to sicut: ⁊ cause. si. enim sint parue demfant cacesiā p̄tez ⁊ pronosticare futurā idropisin: si vero augeātur demōstrant idropisin p̄sentem tantum. Cōmūia vero signa inquantum ex causis omnibus ꝓcedunt sunt: nam si fuerint ex propria epatis passione debilitāte ipsum ⁊ digestiuā eius: signa sunt in eo incipientia ⁊ perdurātia. Et siquidem sit mala complexio calida ⁊ egritudo acuta ō bilitans ipsam signa sunt inflāmatio ⁊ feb. plurima: in tepida: quia efimera propter dictaꝝ causam sitis amaritudo oris citrinitas coloris: cāus appetitus vomitus colericus viridis ⁊ citrinus: vrina citrina non necessario propter causam dictā. Et si sit caliditas liquefaciens: signa erunt liquefactionis in vrina ⁊ egestione ⁊ antecessio vrine ⁊ egestionis lauatine ⁊ virulente. Si vo mala cōplexio fuerit frigida signa erunt cōtraria: ⁊ si quidē causa debilitatis fuerit mala compositio puta opilatio signa precedent opilationis predicta: si vero solo contiui signa solutionis prebūt. Si ēt apo. signa apo. eius iā dicta: ⁊ tussis: si vero ōbilitas causa sit ex compassione ad aliud membrū: signa passionis membri illius precedent ⁊ debilitas erit variationem recipiens secūdum intēsionem ⁊ remissionem illius passionis. Et si quidem fuerit ex compassione ad aīalia ⁊ spiritualia signa egritudinum illorum p̄cedent. Si vero ad nutritiua ⁊ illa p̄cedent signa egritudinum intestinorū qꝝ collica ⁊ ileon: ⁊ si ex compassione ad renes precedent signa egritudinum renū diuersarū: ⁊ si ex compassione ad splenē. precedent signa egritudinis splenis. s. debilitatis ⁊ oppilationis plurimum: ⁊ color declinis ad viriditatē. Signa propria sunt ēt duplicia quedam sunt propria vnicuiqꝝ speciei ⁊ quedam vnicuiqꝝ speciali cause. ¶ Prima sunt nam in ascite sunt grauitas sensibilis cū tumore magno in ventre: ⁊ cum percutitur non tonat: sed cum cōmouetur auditus sonitus aque commote ⁊ tactus eius est tactus vtris pleni aqua non iflati ⁊ membra: ⁊ extrema in eo non fiunt grauia ⁊ tumida: sicut in ipofarca immo si inflantur in principio eius in fine arescunt inflatur ⁊ ga ⁊ testes et est paucitas vrine ⁊ pulsus est parvus frequens tendens: ad mollitiem ꝓp humiditatē. Et quando ascites est eueniens subito: post lapidem renum exeuntem absq; causis in epate manifestis: ⁊ aliis membris tunc scias quod vna duarum viarum seu porozū vmbilicalium est disrupta. In ipofarca aūt apparet inflatio i corpore toto: ⁊ in extremis membris ⁊ facie ⁊ propinquis ⁊ pressio cum digitis relinquit foueam in eis. Neqz est ō inflatione in ventre eius ⁊ sumine: illud quod est in ascilite: ⁊ timpanite. Et secundum plurimum segtur eaz fluxus sanguinolentus ⁊ lenitas nature tendēs ad albedinem: ⁊ pulsus est magis mollis quā in aliis ꝓp diffusam humiditatem in membris ⁊ brachijs. Sed in timpanite egreditur sumen: ⁊ vmbilicus multum: ⁊ tensio sine grauitate: ⁊ cum percutitur tonat vt timpanum nō gurgulat: ⁊ membra extrema non sunt inflata: immo tēdunt ad arefactionem: vt est appetens eructationem q̄ minatur: et exitu ventositatis: et pulsus est longior et durior: quā in aliis immo ē sicut spasmosus. Signa ꝓpria vnius cuiusqz cause ex predictis sunt manifesta q̄ per te discernas. Idropisis quoqz significationes et iudicia habet propria et cōmunia. Communia et ex parte antecedentium et ex parte cōcomitantiū vel communicantium et ex parte consequentium. Antecedentiū scilicet causarum. Nam que accidit a causa propria epatiqz plurimū est mala complexio deterior: est ea que accidit ex cōmunitate: et compassione: et que ex cōpassione est plurimuz est ex lumbis ilijs et renibus: et que accidit in egritudie acuta deterior est: vñ hip. ois idrops in acuta egritudie malum infesta enim se. grauedie et doloꝝ: cōsurgit autem ex lumbis et ilijs et etiam ab epate. ¶ Ex parte comitantium scilicet circunstantiarum. Nam qz cuz similibus accidit leuior est in via generationis: periculosior vero via curationis. Atque ex causa calida prouent periculosior est via vtraqz scilicet generatōnis eo q⁹ frigida⁹ morbus exūs a contraria causa procedit: et in membro calido scilicet epate fit. Et via curationis cum materia idropisis seu causa coniuncta exigat calida: et cura causa se quasi coniuncte scilicet caliditas contraria requirat ⁊ frigida ⁊ contraria est et composita cura. Ex parte vero consequentium. Nam si superueniat fluxus vel vrina educens materiam idropisis de loco suo: bonum erit ꝓ viam signi ⁊ cause. Si vero nō sed ex compassione aliorum membrorum fuerit malum est. Item si tussis superueniat malum signuz: vnde hip. idrōpicus si tussiz hāc disperatus est. Ā. enim ostendit ecompassionem spirituliū ad mēbra nutritiua ex materie exuberantia extrāsilatiōe et spiritualia. ¶ Prima autem iudicia sunt duplicia scilicet compationis et absoluta cōparatiōis sitis: naz ascites exclusio est: deinde ipofarca pp dictam superius causam. Absoluta vero sunt: nam si qua conuerta in vaporem per vrticides translata fuerit in vesicaz vt multiplicetur vrinam vel per intestina in concauum coaz et extra ducatur solutio sequitur ipsius ascitis: vñ hip. quibuscunqz inter renes et ventrem flegma cōcludit et dolorem prestās nō habet exitum in ventre: his fru

vēas i vesicam ꝙuerso sl'ate.i.aq̄ solo fit morbi. Et dī ꝙ
q̄z accit hñt vlcera it estinoꝝ: vt vēter ei⁹ iflet sic ascliti
a pp effusiōem egōnis ad ventrem eius: ꝛ nō morīt nisi
in lōginquo. Sz experiēcia dictat nō esse veꝝ cuz illud
mors añcedate: ꝛ ꝓpe cū vlcus ꝛ eruptio fuerit i superio-
ribus. Et multoties epar ipletur aq̄: ꝛ fūt in panicło ei⁹
vesice: ꝛ corumpunt currit aqua ad panicułū itriseū si-
phac: ꝛ vēter ipletur aqua ꝛ morīt sic dixit hyp.i affo. Et
ꝓprie si nō fuerit educta. Et cā est quā. G. dic qđ ē q: h
aqua deteriō ē i sba aq̄ asclitis q̄re corrūpitur in spatio ꝛ
inficit vapore suo. Et qñ epatis tunica ipsum cōtinēs ē
corrupta. Jn hypō. si q d ē diaria superuenerit fortis sol-
uit egritudinem: vt dixit hypo. Jn timpanite si quidem
pcutiatur vēter manu ꝛ resonat sic timpanū ē signū ma
lū. Et eru ptio ventositatis p os ꝛ anum si fit cōtinua: ꝛ
multa bonum ¶Regimen siue cura idropsis duplex est
cōe. s. ꝓpriū. cōe āt cōicat i re ei q̄ ꝙcīt cacesie siecut eni
cōcīt in cā efficiēte sm rē solū āt dzebāt in quāto: ita ꝛ i
cura: q̄ plurimū vtitur ad partem cāe. dīnt tamē i quāto
Erit ergo regimē ei⁹ tres res. pma erit cōfortaī digōez
ꝛ mēbra ei⁹ debilitata vt materiā nō regeneret. Secun-
da ē materiā generata euacuare: ꝛ tertia est corrigere ac-
cidentia. ¶Primā ꝙplēt res due. s. admīstratio rerum ab
scidēciū cās debilitatis: ꝛ res q̄ cōfortare habent ꝓpre
membra digōis ꝛ totū corpus. Et qb⁹ sūt cibi ꝛ medie
simplices ꝛ cōpōite ad siccitatē declines. ꝓpe dicit. n. G.
Aldala ꝙplo hūida precedit ꝛ sequitur idro. Sicca āt p
cedit: ꝛ sequīt cōsūptio ꝛ maties quoꝝ omniuz superi⁹
tibi noticiā fecim⁹. Faz rē ꝙplēt due res. prima est que ma
teriam illaz hēt educere p omnē euacuationis mōz q ē q
druplex fz ilaac. pmus ē p soltiua ventris clusterizata sup
pōita ꝛ sumpta: ꝛ prouocantia vomitū secundus est per
diuretica. tertius ē p sudorē. puocātia resolūctia ꝛ eua-
porantia excātia quartus ē per cauteria ꝛ incisionem: ꝛ
flebotomia. solutia ventris prouocantia vomitus sūt q̄
educer hñt sīa ꝛ aquositatē vētositatē quoꝝ extenuar ꝛ
resoluere. q̄ i nro ātidotario sūt descripta ꝛ simplicia ꝛ ꝙ
pōita: vt super i sūma sa huius diuretica ꝛ supza hec ca-
plo de cura fz vlm mōz ꝛ de cura oppilationis etiaz dic
ta sūt. sudoꝝ. puocantia sūt fricationes ꝛ vnctiones cuz
ago: ꝛ olis decoctionis rerum seu medicinaruz ꝓpriete
tē in hoc hñtiū. quas supra p̄cedenti sūma caplo de cura
apostematis stōaci diximus. Et balnea sicca aerea nō a-
quosa: nisi aq̄z salsaz sulfureaz aluminoū: ꝛ silium vt
sūt termarū ꝛ artificialiter constructa. resoluentia euapo
rantia sunt fricationes multe ꝛ aspe: ꝛ cum excantibus
vt est baurach: sal nitrū spuma maris sulfur spongia ꝛ si
milia. Et cū rubificantibus vt tapsia vrtica staphisagria
ꝛ similibus. Emplasta vnctiones euaporationes ex re-
bus predictis ꝛ resoluere habentibus vt sunt camomilla
mellilo. feni. anetū calamentū Laurus ꝛ alia simplicia su-
perius dicta. Et cōpōsita in antido. dicta. ꝛ. Et ex eis est
stercus vaccarum ꝛ caprarum montanarum: ꝛ limacie
combuste cum corticibus suis limite ꝛ superaspersē. Se
pelliri i arena ꝛ revolui in ea ꝛ sub sole stare ꝛ iuxta ignē
seu clibanum intrare calidam sufficienter: ꝛ exercitia tē-
perata prout poterit substinere ꝛ exiccantia vt famis to-
lerantia ꝛ ieiunia abstinentia a cibo brodiali ꝛ humido ꝛ
potu propie: cameria autem ꝛ incisiones sunt ō vltimis
icisiones sūt ꝓprie asclīti. cauterizationes ei ꝛ iposarce

Jn qbus oibus sic fz spēz distīctis attendenda sūt hec. s.
locus quantitatis: tēpus ordo ꝛ mōus vt Joannit⁹ dix
Jn solutiuis. n. est vt incipias admīstrar ea post digōz Solutiua
p̄missionē que ductiua sūt flātis ꝛ aquositatis ꝛ ventosi
tatis: que supra in cura male complexionis epatis ꝛ sto-
maci capitulo dictura sunt incipiendo a leuioribus i q̄to
ꝛ virtute ꝛ silib⁹: ꝛ si expediat procedere gradatim ad for
tiora ꝛ composita prout natura tolerare valuerit: ꝛ pri-
mo cū colirijs ꝛ clisteribus: deinde dare p os. Et sit eis
admixtū stipticū aroma. vt est xiloalo. crudum quod cō
fortet robur stomaci ꝛ membroꝝ que sūt minera virtu-
tum ꝛ a malia taliū farmacorū defendat ꝓp quod dēnt
rectificata admīstrari ꝓut i ꝓprio loco diximus: sitq̄z
hora qctis ꝛ nō fc. damus ꝛ p iternalla ꝛ i medio tempo
re aliquod digiuuz ꝛ apitiuū det. Jn prouocatis aūt vo Vomitz
mitus oz vt fiat cum ꝓprijs educētibus sla ꝛ aquositatē
ei⁹ cū aq̄ rafani ꝓmo deide cū elleboro ꝛ alijs q̄ supra di-
ximus i hoc libro ꝛ antidotario nro. ꝛ fit leuiter prouo-
catus añ cibū. ꝓprie vl' post. ꝓut melius videbit expedir
Jn diureticis vo oz q̄ incipiat a debilibus ꝛ simplicib⁹ Diuretica
ꝛ deinde. ꝓcedat ad fortiora ꝛ cōpōita: ꝛ sint vehemēter
i trituratione subtiliata vt facilie pueniat ad gibbū eius
ꝛ mēbra vrie post q̄ oz vt admīstres aliquod de iuribus
piguibus ꝛ. ꝓpe gallinē ne a fortitudie ꝙtitis diuretico
rū ꝛ ꝓprie cātaridū vlcerēt mēbra quod ēt dabis in die
solutionis vt icitatio mltiplicata mitigeī: ꝛ omnia iura
ꝓhibenī nisi cicerū galli ātiqui ꝛ galie i hoc casu. Jn p Sudor
uocātibus sudorem oz vt post euacuationē cū solūtiuis
p̄dictis sit appzoxiata ꝛ fortis ꝙtute exīte vt ait hip. Et
ꝓprie i balneo silr āt ꝛ i resolūctibus ꝛ euaporātib⁹. Jn
qt. n. G. euaporātia farmaca mltitudie exīte i toto cor-
pore pticlis qbusdam allata replent magis q̄ euacuent
vnu ersō corpori dissolūcdo magis q̄ resolūcdo nocu-
mentum p̄stāt. ꝛ ex eis exercitium ē qđ magis ꝙcīt ipo
farce. sepeliri quoqz in arena ꝛ sub sole staī vl' circa ignē
ꝛ clibanum introire. Sed oportet vt sit illud in loco in
quo nō sit ventus. nec caput sit discooptum soli. Jn ru
bificātib⁹ quoqz oportet vt in extremis applicenī ꝛ cos- Et empta
sis ꝛ anchis: sz paz est iuxamēti i eis. Jn emplastis aut
vnctiōibus ꝛ ꝙsilibus oportet q̄ attēdaī ꝓprietas ꝛ loc⁹
vbi apponaī Jn iposarca. n. i membris vniuersis corpo-
ris i tipanitis ꝛ asclite i ventre ꝛ i oibus i epe q̄ alterēt: ꝛ Cauisma
ꝙfortēt. Jn cauterijs āt sciēdū q̄ cōia sint iposarce ꝛ ascli
ti: sed oz vt fiant post solōnez p'tres dies vel quattuor: ꝛ
post abstinentiā. ꝛ sint sex res cauteria tria i latitudie tria
i lōgitudie icipiendo a caslo vsqz ad femur. Jncisio. sci-
endum ꝛ q̄ ꝓpria ē asclīti: sed paz. pficit: nisi i corpore
valde fortī qđ potēs ē tolerar exercitiuz tēperatū famē
ꝛ sitiz. Et fac vltimo cū alia nō ꝙtulerit: ꝛ cū fit nō opor
tet: vt multum de aqua subito educaī ne cadat ꝓtus: sed
paulati. Jnqt. n. hypo. Quicunqz empici aut: idropici
vtūtur: aūt icidunt sanie: aut aqua mlta ꝛ subito educta Incisio
fpēte moriunt. ¶Modus āt icisiōis ad extrahēdū aquā
vt asirnis aut ē vt erigat: se eger cēliter si potest vl' sedeat
equali situ: ꝛ comprimant seruientes latera eius vt expel
lat aquā ad iferiora sumis deide admīstrēt incisio ita
vt mēsuret iferiora sumis q̄titatis trium digitoū con-
iunctoꝝ. deide icide si fuerit initiū idropisis ab intestinis
Et si fuerit a parte epatis fac incisionem a latere sinistro
sumis. Et si fuerit a splene incide a latere destro sumis

sarium ad id compulsaz ad illas partes ani ad quas sua grauedine tēdit vt inde extra corpus expellat. Sicut.n. femina lz in suo sexu lapsa sit: potest tamen in sua indiuidualitate habere aliquam perfectionez, ppter quā carebit mēstruis vt nihil vel parū habeat sicut est virago: vt ari stote. ponit: ⁊ Albo. Sic mas perfectus in se a sua pfectione a generatione tēpore vel etate labi poterit: vt per eius emorroides fluat sanguis ⁊ etiā mulier multo magis cum sit in suo sexu lapsa: quare tamen in ea abūdabit tunc melancolicus sanguis quod ad eius completaz mundificationez menstrua nō sufficiunt si fluant sed emorroidibus etiam suppleri oportet sic incidētaliter talis fluxus sanguinis emorroidalis: ⁊ preter naturam in homine: ⁊ nō naturaliter esse potest. Consideratus aūt ex se talis fluxus vt cōsuetus factus quātum ad suas cōditiones variantes ipsumz potest esse naturalis ⁊ preter naturā: vt supernus dictum est: sicut etiaz fluxus sanguinis narium ⁊ mēstruorum: sicut voluit G. cum eni sint temperati in quātitate ⁊ qualitate ⁊ tempore: quia in cōsueto peryodo sunt naturales: cuz vero intemperati in quantitate superflua vel diminuta: vel qualitate vel tēpore: quia continuatio fuerit preter naturaz. Sic fluxus mēstruoz etiam ad intra q dictus est a. Galieno. Solus naturalis cum prosit speciei ⁊ individuo secūduz tales cōditiones dici pōt naturalis ⁊ preter naturam. Ex quibus cōcludēdum est fluxum sanguinis mēstruorum esse naturalem ⁊ emorroidarum preter naturaz. ⁊ ex naribus medium inter illos comparatiōe habita respectu corporis cui debentur ⁊ insunt. Sed in quātuz facti sūt consueti ⁊ sic naturaliter vnusquisqz naturalis ⁊ preter naturam dici poterit suis cōditionibus variatis ex quibus effectus: vtilis ⁊ inutilis potest sequi. Et si solutionem cōtinui corpori inesse presupponāt sēper dum tamen cōsueta sint formaz conseruātes illam paruā ⁊ i nocuam sensibiliter presupponunt q corpori perfecte sano secundum G. potest inesse dummodo non illam pīsupponit grandem ⁊ nocuam sensibiliter: quia virtutes ⁊ operationes debilitāt manifeste. Et proinde a G. tūc dicte sunt preter naturaz tantuz eo modo qui dictus est supra. Causa emorroidarum materialis diuersa ē secūdū diuersitatem specieruz. Vaz ē melācolia ⁊ sanguis melancolicus plurimū quoz mlia est verucalium cā melācolicus vero sanguis moralium. Flegma aut ē raro causa earum existit ⁊ colera rarissime sursuz petēs ppter leuitatem. Et dignius est vt a flegmate vesicales fiant ad modum vesicarum ventrium pisciuz ⁊ vuee medio modo inter has ⁊ illas existerent. Causa vero efficiens duplex est principaliter operās ⁊ coadiuuans. Prima est nature cretice vel synto. materiam illam ad partes inferiores trāsmittēs. Coadiuuās ē grauitas humoris inclinans ipsum ad partes inferiores mēbri debilitas recipientis: quia vilis ⁊ caliditas eius ⁊ dolor trahēs si adsit: his enim in venis ani materia multa aggregatur ḡre necesse est eas repleri extēdi ⁊ dolore proprie cum earuz officia preter fortitudinē obcecētur: ⁊ quādoqz aperiūtur: non tamen cōplete: quare paruz sanguinis vel subtilis ⁊ non perfecte fluit. Quādoqz aperiuntur quantū oportet vt tantū quantum abundat euacuetur: quando plus quā oportet vt superfluum effundatur. Causa formalis ⁊ finalis est nota: quia vt expellantur nociua. Signa emorroidarum que extra sunt sensui in suis speciebus ⁊ dispositionibus sunt manifesta. Que vero intra parum expressione manifestatur. ¶ Que vero ⁊ multum grauedine ⁊ dolore intus in ano pcepto maxime a pud īmissionem clisteris ⁊ īmissionem secum ⁊ proprie squiballarum ⁊ ex materia illarū proprie infectarū ⁊ extu eius post illas si aperte fuerint. ¶ Si vero cece infectō nulla erit nec etiam materie exitus post eas nisi forte alicuius madoris ⁊ dolor: fortior: similis ei q est ex vlceribus ani: quare credūt multi habentes vlcera emorroides habere cum non habeant: sed vlcera tantum: ⁊ e conuerso. Que distinguit ab illis exitus saniel ⁊ puris ⁊ mordicatio pcepta in vlcere apud emissionem secum etiā liquidarum. Et dum emittitur sanguis malus corporis color melioratur ⁊ pulchrioz fit. Cuz vero retinētur ⁊ bonus emittitur vel retinetur mutatur color habētium emorroidas ad subrufedinem ⁊ viriditatem vt ponit Albo. cum vero malus emittitur ⁊ deinde bon⁹ mutatur color ad citrinitatem ⁊ deinde ad pallorē. Et cum tetinetur ⁊ nihil emittūt dolor in dorso erit ⁊ grauitas in coxis ⁊ cruribus ⁊ inflegmatio in lateribus ⁊ gurgulatio in ventre. ¶ In cura emorroidarum duplex est regimen ppriū ⁊ comune. Cōmune quidez corpori toti debetur ⁊ speciebus earum cōmuniter confert. Et est quinqz res. Prima est humor ⁊ sanguinis adequatio ⁊ est sanguis melancolicus ⁊ melācolia: ⁊ etiam flegma abundans in vniuerso euacuetur ⁊ purgetur tēpore apertionis earum vel ante euacuationem sanguinis mlīci cōplent flebotomie de saphena ppriē cū deteriori parte calcanei ⁊ vene almabil. i. curuature poplitis: purgationē humoris mlīci ⁊ etiam fleugmatis detinētis sanguinem ne fluat ad extra: vel etiam colerici vincentis in sanguine quare superflue fluūt complent precedētia digestiua ⁊ subsequētia farmaca ipsorum expurgantia ppria supra in cura icteritie nota. Fiet autē in retētis ⁊ cecis cum aliquo acutoruz vt sunt gummaruz species ⁊ similia. Influentibus vero cū aliquo farmaco: stipticorū vt sint mirabolani citrini bdelliuz ⁊ similia. Secūda res est deriuatio que cōpletur cum ventosis inter spatulas que ad omnem materiam deriuādam simul cōueniunt Et si quidem virtus debilis sit sine scarificatione fiant. Si vero fortis cum scarificatione. Similiter quoqz ⁊ alie euacuationes antipassine etiaz cū flebothomia de basilica sinistra vel dextra facta ⁊ alie species deriuationis note vel ad mēbrum vel ad cutem cōmuniter deriuantes vel trahentes ad locum materiam in retentis ⁊ cecis Tertia res est cōplexionis totius alteratio sanguinis ⁊ humoris ac epatis ⁊ splenis que talē habent generare ⁊ multiplicare humorem. Reguminis quoqz rectificatio vt talis materia in sanguine non vlterius aggregeē. Alterātia cōplexionem totius epatis ⁊ splenis supra vbi ō cura eorum dictum est hūisti. Rectificatio autem reguminis est vt omnia melancolica etiam sanguinem aduentia ex cibis ⁊ potibus ebmittantur ministrentur ea proprie que habent bonum sanguinem generare ipsuz qz mundificare quales sunt cibi ex panibus mundis ⁊ recentibus ⁊ carnibus gallinarum proprie ⁊ agnoz an malium ⁊ edorum vitulorum lactantiuz ouoz ⁊ epatum gallinarū ⁊ piscīū petrinoz ⁊ squamosoruz medio crium paruorum. ¶ Et ex herbis vt borago buglosa ⁊

endiuia ꝓprie ⁊ alijs mundificantibus sanguinez: ⁊ po tus boni vini albi clari odoꝛiferi maturi mediocriē lim phati ⁊ similia. Ex fructibus poma :⁊ granata dulcia amigdale vue ficus bene mature ⁊ similia : nisi solutio ventris ⁊ fluxus plurimus adsit: quo casu stiptica i quā huius locum habent vel predicta eis admixta.

Quarta res est viarum ⁊ ductuuz ꝑ quos sanguis a su pioꝛib⁹ currit ad eas coartatio vel aptio: cōplēt aūt cuz stipticis emplastatis in doꝛso ⁊ renibus ⁊ apitiuis not̄. Quita est nature lenificatio vt feces anum sua duricie nō offendant ⁊ doleāt: quam cōplent cibi ⁊ pot⁹ lenificā tes ⁊ medicine q̄s supra in cura colice ex fece ficca seriosius numerauimus ⁊ in cura vlcerum intestinoꝝ. ꝟDꝛo primum aūt vnicuiqz spēz eaꝝ debetur. Cōsistit aūt in lo calibus remedijs q̄ circa ipsas spēs ⁊ dispōnes ipsarum mistrare oꝫ que sūt multe ⁊ diuerse vt supius dictuz ē. Aut enim sunt replete ⁊ cece q̄s oꝫ festinanter apire ac ingeniari vt ex eius aptione retentis paulatie effluat sā guis q̄tum possibile est donec debilitari appareat : ⁊ ex nigredine mutetur in coloꝛem rubeum clarum. In san guine enim fluente tali ex ano ⁊ ex emoꝛroidibus est iu uamentum : sedatur enim in eis moꝝ doloꝛ ⁊ fit securi tas ab herpete estiomēo epilia mlia ⁊ māia erisipila mi liari excoꝛiatiōe cācro lepꝛa freneſi pleureſi ⁊ periplerēo nia. Et quādoqz retinetur sanguis ex eis cuerere cōsue tus timetur aliq̄ earum egritudinum ⁊ ydropisis. Et ꝑ pter corꝛuptionē complexionis ex multitudine ⁊ maliti am sanguinis ⁊ timetur ptisis ⁊ doloꝛ pulmonis ꝓpter expulsionem sanguinis mali ad ipsum cum repletione ext̄ndente ⁊ frangente venaſ sua multitudie ⁊ sua acui tate vlcerātis. Aut sunt apte nimis quaſ ne mltus sup fluus exeat sanguis ad inrepabilē defectionē adducens oꝫ claudere ⁊ sanguinē restrīgere ⁊ retiere: ⁊ hec cū defe ctio incepit apire: est.n.cōe signū nos ad restrictiōem iui tis in ōi fluxu nō solum cretico: sz ēt sintho. vt Albo. di cit. In supfluo.n. sanguis fluxu spūs deficere cōsueue runt: dixit B. calor nālis diminui ⁊ ēt resumptionibus vētres hūectari digō epatis ⁊ alioꝝ mēbꝛoꝝ debilitari qua sanguis diminuitur: ⁊ aquositaſ augumētatur ⁊ sic idropē fieri ē necesse: ⁊ plīmum seqtur moꝛs. Aut sunt eminētes ⁊ appictes extra atqz pēdētes ⁊ ꝓles q̄s incide re oꝫ vt cadāt: ⁊ deinde cauteriȝare ad retentionem san guinis incisionis. Aut sūt dolentes q̄ꝝ oꝫ sedare dolo rē ne ad resolutionē adducāt ⁊ māz magis ꝓuocent ad curendū ⁊ apostemādū q̄ oia cōplere oꝫ cū medicis sim plicibus ⁊ cōpositis ꝓprijs ⁊ exptis intus ⁊ extra appꝛo ximatis ⁊ ꝑ oēz modū cū ꝓprio ingenio q̄ subiūgem⁹ statim. Si ergo plene sunt tumētes :⁊ ecce in appiendo eas dupliciter ingeniari oꝫ. ꝟDꝛimo vt leniātur cū bal neis fomētis ⁊ fessionibus in aq̄s dulcibus decoctiōis maluaꝝ mercurialis bꝛāce vrsine melliloti radicis altee ⁊ alioꝝ hūtium vtutez subtiliativam cutis: ⁊ sūt ruta: ⁊ vechuē. Et ex illis sunt pinguedines gibbi cāeli ⁊ adipe anatis galli vulpis lupi leonis : ⁊ vrsi q̄ mollificando ⁊ resoluēdo attenuant ⁊ medulle cerui : ⁊ olea vt ē oleum nucuum amigdalarum amaraꝝ de pīcis ⁊ de crisomil ⁊ bdeliuz dissolutū in eoꝝ aliquo vl̄ vino. Secūdo oꝫ vt cutis subtiliata ⁊ mollificata apperiatur: ꝓmo cū fri catione cū folijs paritarie fici vel panno aspo si fuerint appentes suauiter apit ⁊ occultas ad ꝓpatulū trahit ad qđ admuat sichia magna applicata ano ⁊ cū inūctiōe ex felle bouino vel succo attheiei ⁊ folioꝝ fic⁹ ⁊ melle ana cardino cū emplastis ex cepe contrito sicut est ex empla sto vel cū aliquo lacticinoꝝ vt est bꝛionia anabula ⁊ si milia. Et cū staphisagria ⁊ stercoꝛe colūbino ⁊ cātaridi bus cū succo flamule qm̄ est p̄stantis iuuamēti. Et em plastū de aspalto ⁊ galbano est ꝓpriū ⁊ exptū est sicut granū arsenici sublimati supligatū. Caue tm̄ q̄ē vehe mētis acuitatis ⁊ ꝓfundatiōis: ne diutius immoꝛet. Et cerotum balneātiū: qđ gallicatū qđ fit ex calce arsenico ⁊ alijs q̄ diximus in aptione apostematū mamillarū :⁊ vbi patiēs nō abhoꝛret magis ꝓprie ⁊ secure tolerabil⁹ fit eaꝝ aptio cū appositione sanguisugaꝝ q̄ sit tondē nu mero quot sūt apparētes vel cū flebotomi incisione qđ si occulto fuerit nec possint trahi ex cū ebibitis apiantur ⁊ colirijs lōgis. Cū ebibitis q dez vt sūt pillule de aloe ꝓprie ⁊ radix ireos ⁊ cū colirijs cōfectis ex pulpa colloquitide. ʒ. ⁊ olo amigdalaruz amararū. ʒ. mj. ex qbus fiunt licinia lōga donec locum eaꝝ attigāt: ⁊ similiter co liriū factum ex pane poꝛcino: ⁊ radice bꝛionie ⁊ alcebrā ⁊ felle bouino ⁊ cū doloꝛ ex eis foꝛtioꝛ fit extrahātur : ⁊ liciniū oleo roſaceo inūcto mittaſ. Si vero aperte sint minus debito supplebimus cū p̄dictis apitiuis: vl cū fle botomia saphene educēte q̄tum sufficiēs fuerit. Si āt nimis apte ingeniabimus ipsas claudere ⁊ sanguinē re tinere cū ebibitis pluribus colirijs ⁊ emplastis fomēta tionibus frigijs ligaturis ⁊ cauterijs. Cū ebibitis q dē dādo sanic ordei cū spodio ⁊ luto ⁊ alias spēs luti sā guinē dꝛag. ⁊ alia restrīgētia sanguinez: ⁊ ex his q̄ dicta sunt supra in cura iteſtinoꝝ ⁊ scoꝛia ferri sumpta cū an tiquo vino est ꝓpria ⁊ pillule de bdelio: quoꝝ iuuamē tū in emoꝛroidibus hūtibus pioduū est manifestū ⁊ ma ius q̄ in nō hūtibus illas: ⁊ cū puluere ex p̄dictis ⁊ pul uere dicto supra in cura fluxus sanguinis ex ficteri ⁊ si milibus ⁊ colirijs factis ex his q̄ dicta fuerūt in tēasmo nis cura. Et ex emplastis emplastū est de taxo barbaso elixato in vino pōtico ⁊ cōtrito ⁊ mixto albumine oui ⁊ gallarū puluere ⁊ alijs glutinātibus notis ⁊ generā tibus carnē vt est mastix thus album cū ceruſa ⁊ simila: vt radix pentaphilon decocta ⁊ emplastata. Et ex fomē tationibus in qbus sedere oꝫ est fomētuz cū aqua ferri vel alūmis in q̄ sint decocte galle balaustie ⁊ similia. ⁊ qñqz decoquātur in acceto puro vl̄ mixto illis. Et ex fu migijs exiccātibus ⁊ claudētibus eas ē fūigiuz ex pice: ⁊ puluere thuris qđ ē foꝛtis exiccatiōis ex sādaracha sto race ficca sulfure ⁊ colophonia ⁊ solatro. Et ꝓpria ē fu migatio cū soleo ac alciamenti siccato: sed oꝫ vt addatur coꝛteꝝ thuris: ⁊ ipsum thus vt mitigetur feto: ⁊ ex illis est baurac tamariscus semē eius nigella ⁊ mirra floꝛum ⁊ carubarum ⁊ similia. Et ingenia in occultis cum traicc toꝛio immisso in ano vt fumus pueniat ad eas vel cum vaſe pforato super quo sedeat ⁊ recipiat fumum in ano. Et ligature quidem opoꝛtet vt fiant cum filo de serico vel lini vel pil̄ capitis vel caude equi ⁊ dimittatur do nec per se cadant. Cauteria autem opoꝛtet q̄ cū cadela approximemur. Et melioꝛa sunt potentialia quaz actu alia ꝓpter membri sensibilitatem: ⁊ illa propria q̄ sunt ex farmacia causticis: qualia sunt calcantuz es vstū arsci cū calx ⁊ filia: ⁊ q̄ appꝛopate opantur q̄ supra i cura flu xus narium habuiſh ꝛz actualia sint aliter melioꝛa vt in

cura dicetur artetice; & eo ppie: q: possunt applicari ita q aliqua dimittatur aperta. Et si cū hec plres numera fuerint & eminentes extra atq; pendentes ingeniari oportet vt excidātur predicto modo & retrahātur p se aut ozallas icidere & cauterizare vt cadant vel corrodere.

Deinde sanguinez retinere incisiōe ex cauterizatōe oz primū attēdere hip. preceptuz vt si icidantur vel cauterizētur q altera sit ōrelicta apta vl aptioni apta iciſe. n. & cauterizate p nām nō sunt post cōsolidationē apte qr sanguis q effluere cōsueuit fluere solito more non potenit ex cuius retētione timēduz est idropē fieri aut maniam: aut ptisiz expedit ergo vt sic icidas vel cauterizes q vnā dimittas apertaz p qp sanguis exire tpate solitus educatur. Ingeniū ät icisiōis est vt vna post aliam icidatur & nō sil' oēs & leuius est & securius cū ligatura ex predictis cadēte in radice earū dimissa donec p se cadet que si nō acciderit abscidatur cum acutissimo ferro vel corrodāt vel vt abscidatur prius deide cauterizet & exiccet vt sanguis restrigatur & cauterizatio cū medicinis causticis est securior & hec in apparētibus erit facile. In occultis iterius valde oz vt extrahātur si est possibile deinde ligetur & post ligamētum abscidat: sz si p̄mittant fledothōia basilice iter ligaturā & incisionē erit optimū: vt hec cū ventosis magnis cū igne appositis sup anū: & dimissis vna hora donec tumescāt & nō redeāt & tūc reticatur cū instrumēto extractiōis vt nō redeat: deinde liget velociter & dimittatur exterius. Et qñq; fit cū medicinis extrahētibus sicut si sumat succus centauree & aneti hūidi & staphisagrie & liniatur anus vel administret nitrum & fel tauri vel pip & nitruz & buchozmarie cuz staphisa. & corosio qdē fit cū liniātur cū mirra ꝑfecta cum aqua sili q̄ hūide in qua fit lana infusa & suppposita ano & etiā si fricet ex ea qñq; destruit eas & ppie verucales & fit cū alijs corodētibus multis q̄ nota sunt: De illis antē q̄ retinent fluentem sanguinē meliora sunt stiptica cōglutinantia sigillātia q̄p cauterizantia potētialia sūt actualibus meliora: lz in alijs exteriozibus mēbris sint actualia meliora: vt dixit alkindus ex quibus est atramētum & similia: & puluis ex aloe thur sanguine dra. balaustijs & sicomēithe pulverizatis & ligatis ligatura forti: & de illis est tela aranea cū albumine oui qñ retinet cursum sanguinis & ꝓhibet apostemari vulnera & pulvis: E. superaspersus: & positus sup vulnera q. M. pillos lepozis & pulueris thuris sanguinis dra. ana ptes equales vitrioli & floris eris ana ptes. 5. ligent fortiter donec cadent p se & sigillet: & alia restrictiua stiptica leniora q̄ si nihil cōfert coquātur cū coto submerso in oleo calido feruente: deide pulverizētur & retinebitur sanguis: & ex illis sūt aq̄ stiptice vel vinū in qbus decocta sunt stiptica predicta. Et ex eis q̄ bibunt ad illud, sunt trifera minoz in q̄ mixta est scoria ferri infusa in aceto p ebdomodā a qua colet acetuz: & frigatur in sartagine: deinde terrātur sicut alcofol & bibatur & est cōfectō de scoria ferri nota: & cōfert micletum: & hic modus est securus. Si vero doleāt fortiter ex medicinarū acumine vel incisione vel ligatura embrocetur & sedeāt i aquis semis lini fenugreci altee melliloti & camomille & evaporet cū spōgia infusa in aceto & emplastet cū eoz substantia: & vitello oui: deide ungatur cū oleo lini vel de nucleis cerosoū psicouz vel crisomiloū vel ceroto ex cācro fluviali isopo humida adipe renū capraz & ceroto albo. Et vbi ex dolore timetur apostēa succurēdum est cū cepe aut porro elixato & cōfecto cū butiro in aq̄ decoctiōis rez stipticaz cū aceto: deide ligetur cū incarnatiuis fortiter ita vt nō apostemētur. Et ex sedantib⁹ dolorē est vt sumat serapinum & bdelū subalbidum castoreū & opiuz & crocū facto ex eis licinio & licinium ex radice nenufaris: & cū vides anuz apostematū & dolore fortiter ex huius medicinis tūc necessarium est vt sumatur camomilla melliloтum & parū croci: & terātur & cōficiātur cū mucilagine se. lini triplicato: & emplasta encatisima: & ex eis deinde emplastabis de pane vitello oui & oleo ꝑpus suffumigato cū bdelio & adipe gibbi camelli. Et cū fuerit emorroides absq; dolore tumore apostēate & multa aptiōe non erit tunc multa necessitas curatiōis eaz: earuz. n. curatō qñ pducit ad fistulas apostemata & ragadias. ℞. Decamē gabrielis q̄ suffumigatio fit ad emorroidas. ℞. radicis caparis oleādri radicis apij & algamali amudē lilij fructus tamarisci ana ptes eq̄les terātur & cōficiant cuz oleo sisami & fiāt trocisci. ʒ. j. sumat stercus camelli & cōburatur & ponat sup ipsuz rotellus pforatus: & sedeat sup ipsuz infirmus mane: & vespere dōcc exiccentur & cadant. Aliud suffumigiū ad hūtes exituā i emorroidib⁹ sm alexādruz. ℞. sinapis albi venaruz tictoruz radicis capparis radicum cologntide radicis armeni: calx tictorum vsnee semis maratri sarcocolle ana ptes eq̄les terātur & colentur cū eis. Ad emorroidas cū assellat sāguinem sup sm filiū serapiōis fiat potio. ℞. tabel ferri semi nis ferri semis porri seminis ameos ana. ʒ. ij. fructus caparis sicci. ʒ. iij. terantur & cribelētur: & fit potio eius pōdus. ʒ. ij. cū aq̄ porri quātitatis. ℥. j. & aq̄ calida pōduſ. ʒ. ij. & cōfert in aqs in qbus decocta sūt stiptica & pillule ō qnqz generib⁹ mirabilis. ʒ. x. limaciaruz combustarum & karabe ana. ʒ. iij. gieri. ʒ. ij. bdelij. ℈. cōfice cū vino dauij. Cōfectio Rasis ad emorroidas & vulnera magna i testinoz. ℞. seminis lini. ʒ. x. granorum nigelle. ʒ. v. i al. ℈v. bdelij. ʒ. vij. thuris mas. ciperi ameos ana. ʒ. ij. ℥. sandarach. dechei. ʒ. ij. ℥. terant & dentur in potu. ʒ. iij. cum aq̄. Confec. medicaminis sm cum sedātis doloreʒ. ℞. olei nucleoz crisomiloꝝ. ʒ. x. storacis liquide. ʒ. j. bdelij. ʒ. ij. dissoluatur in eo & ungatur. Confectio emplasti sedantis dolorem emorroidaruz apostemosarū & apostema ani. Elixētur cepe & cōficiantur cum butiro vaccio & emplastetur cum eo. est. n. valde vtile & sit cepe albuz. Clistere fiat de succo porri & butiro sm isaac. Secūduz ibernicum gummi hedere distimperatuz cū succo taxi barbari & inūctuz exiccat emorroidas. Et suffumigātur cum spōgia marina. Et cinis factus de radice cucumeris agrestis & filicum & acori suppositus exiccat eas precedente lotōe cum vino stiptico & cerotum ex ceruſa cuz oleo ro. & licinio sedat dolorem & cōsolidat. Ad idem concaua panem porcinuz & reple ipsum oleo & fac bullire bene: deide inunge vel emplasta cum eo retinet statiz sanguinem & sedat dolorē. Antidotum valēs ad iteriores de frigido humoꝝ sm isaac. ℞. karui lib. j. anisi asari ana. ʒ. vj. costi cinamomi galange zinzi. ana. ʒ. v. piretri polipodij acori añ. ʒ. iij. fac pluerē adde mel. & dabis bis i die i mōm auel. Cerotū ad dolorē emorroidaz tūorūz & duriciē. ℞. succi radicl ſpētarie oli psicoz vl crisomiloꝝ vl lini assungie gallie vel anatis & parū cere & sbiūge

Descriptio pillularum de sandaracha secūdum Abo. retinentiuz sanguiem emorroidaz supfluctum. ℞. sandarache corticum ouoz vstoz fumiterre seminis porri ana: partes equales sal' aromatici ptis. ʒ. scorie ferri ptes. iij. fiant ex eis pillule sicut nabac. dosis eaz est i mãe ana. v. vsqz ad. vij. ⁊ cõmouent cotũ.

¶ Ca. vj. de apostematib⁹ ani ⁊ medicinis eoꝝ.

¶ Dostemata ani sunt nota distigũtur ꝙ quãtuz ad fiendi modum: ⁊ quãtum ad cãs materiales. ¶ Primo mõ nam de eis sunt q̃ dam per se inicipientia: quedã facta pp dolorem emorroidaz: aut pp incisiones ipsaz ⁊ acuitates medicinaruz appropriataz illi. Scõo mõ nã ex illis quedaz sunt flegmatica vel mlia sine dolore acuto: quedam flemonica: ⁊ erispilata cuz dolore acuto: vt sũt plrimũ. ppt coleram que apta est trahi ad ipsuz ⁊ consueta cuz egõe descendẽte: ⁊ hec oia sunt manifesta. Cura eoꝝ duplex est generalis ⁊ spãlis: generalis est due res euacuatio. s. totius ⁊ ptis. Euacuatio vero totius cõplet cum flebotomijs vel farmacijs cũ pcessione digestiuoz. Sit autẽ farmaca ex lenibus que mãm nõ agitant ⁊ vehementer attrahãt ad passionis locum: ⁊ cuz regimie subtiliatiuo diminuente mãm ne fluat supfluẽs ⁊ repleat magis ⁊ lentio nature ⁊ breuiter vse regimen q̃ precessit in cura emorroidaruz ipsum cõplẽt. Euacuatio ptis tripliciter fit per pulsuz tractũ ⁊ trãsmissum. Spãlis est fm diuersas species ipsoꝝ varia: ⁊ diuersa si qdem apostema fuerit flegmonicũ siue icipicies siue factũ pmittatur flebothomia basilice: deide safene corpus totum ⁊ epar cũ frigidis alteretur notis. Et regimen subtile sit ad frigiditatem ⁊ leuitatem decline: deide circa apostẽa particulariter operare: ⁊ primo stiptica ministretur ⁊ frigidissima si mã ad hec fuit qualia sub albumẽ ouꝝ cõquassatuz cum oleo ro. qõ cũ leuitate sedat dolorẽ q eiꝰ est cã fortassis ⁊ pellit materiã aut ex vitello ouoꝝ tritoꝝ cũ memite: deinde cũ ptrãsierit prime: pũ admistrentur sedantia dolorem lenictia ⁊ resoluctia tpta qualia sũt camomilla mellilotũ fenugrecuz semẽ lini cerebruz anatis cum eis ⁊ talia superius dicta m pcedẽti ca. ⁊ emplastruz de cepe vel porro decocto ⁊ cõtrito cũ butyro: ⁊ si qdem resoluantur pfecte bene quidem si vero maneat adhuc repletio applicentur sanguisuge: quã eradicabũt ea: qõ si non eradicetur ⁊ venerit ad exiturã oꝝ pforare ⁊ apire saltez flebothomo ante maturationez ne putredo extendatur versus profundum ⁊ fistulam faciat vt hip. dixit. Et si qdem fuerit colericum addes fortiora: non tñ multum: qz inimicãtur ano: vt hip. dixit. Et si quidẽ sit flegmaticuz vel melãcolicũ curetur ꝓut dictum est supra ca. de tenasmone: ⁊ ex expertis est succus scabiose sumptus ⁊ ipsam emplastata fragit ⁊ sanat: ⁊ nasturtiũ apit ⁊ maturat.

¶ Ca. vij. de medicinis ragadiarũ ani.

Agadie sunt fixure euenictes ano: ⁊ sunt plrimum longitudinales in circuitu eius currentes ꝓut musculus latitudinalis procedit propter eius dilatationez. Et cã earum ẽ duplex: interior ⁊ exterior. Interior est mala ꝙplo sicca cõtrahẽtia partes ani q̃re seperãtur: ⁊ qñq̃ caliditati: qñz frigiditati ẽ iuncta cũ mã plurimũ ⁊ qñq̃ sũt a fece grossa ⁊ sicca: ⁊ qñq̃ pp aliam cãm puta apostẽata calida: ⁊ sicca: ⁊ qñq̃ ꝓpter emorroidas que scinduntur nãl' ꝓpter fortitudinez expulsionis sanguinis in orificijs vẽarum ani. Exterior est multiplex ⁊ plurimũ est propter absterſionẽ ani in secessibus cũ re dura puta lapide acuto aut rescindẽte emorroidas ⁊ apostema eius vt est flebotomus farmaca caustica ⁊ similia. Cura ragadiarum est tres res. ¶ Prima est cause abscisio. Secũda partium fixarum cõglutinatio. Tertia est regiñ ⁊ cibatio. ¶ Prima rem cõplent diuersa medicamina fm diuersitatẽ cãrum. Si ergo cã sit mala cõplo sicca alteretur cũ hũidis lenitiuis ⁊ lubricantibus tẽpatis sũptis ⁊ iniectis ꝓprie q̃lia sunt aque ⁊ iura carnium tpatarũ ⁊ foliez vt maluarum boraginuz bubgloſaruz ⁊ pigwedines gallineanatis ⁊ medulle vt crurũ asini ⁊ vitulli ⁊ mucillagines vt fenugreci seminis lini frumẽti. s. amidi ⁊ ola vt amigdalarum dulcũ ⁊ sisaminũ ⁊ isopus humida: vl calidis vt est ius galli antiqui ius serpẽtis anatis: ⁊ ãseris ⁊ medulle lupi canis leonis capri lupi vrsi ⁊ vulpis ⁊ pigwedines ipsoꝝ: ⁊ mucilago radicis ireos: ⁊ scabiose cõtrite ⁊ exꝑsse ⁊ similiuz: ⁊ olea de lilio de nuce indica ⁊ vulpinum. Vel frigidis: vt est ius ⁊ aq̃ atriplicis spinachiarum lactuce: violaruz: ⁊ similiũ: ⁊ carnũ edoꝝ ⁊ vitulorum ⁊ muciliago psilij ⁊ altee ⁊ seminũ citoniouz: ⁊ lac mulieris ⁊ papaueris albi: ⁊ seminũ melonũ ⁊ cucurbite: ⁊ pigwedo porci: ⁊ capre: ⁊ medulle ceruũ ⁊ olea ō violis rosarum nẽufare ⁊ alkekengi ⁊ ꝓut cã requirit. Et si militer si sint ex fece grossa ⁊ sicca: ⁊ si fit cũ materia mala cõplo que sit veniens desuper purgetur cũ aloe totũ vel pillulis eius: ⁊ regimen corrigatur. Et si fuerit retẽta ibi in fixuris ani sanguisuge applicẽtur vt mãm iam fluxam educant ⁊ sunt efficacissime in fixuris omnibus ani ⁊ labioꝝ: ⁊ si sint ab apostematibus curentur prius apostemata vt dictum est. Similiter si sint pp emorroidas: curentur emorroides: ⁊ euacuetur replo corporis ⁊ dolor ⁊ calitas ani sedetur vt corpus ⁊ mẽbra nõ sint imittendo auida ⁊ trahẽdo: nec sub dominio materie facientis egritudinẽ in illo mẽbro. s. ano posita: ⁊ cã si exterior sit auferatur. Secũdam rez cõplẽt due res. ¶ Prima est fricationes aspere donec ptium scissarũ ⁊ labioꝝ earum supficies excoriẽtur ⁊ sanguinolẽtur ⁊ sit cũ aspa fricatione predictoruz mlta ⁊ ꝓprie cũ solijs ficuũ. Secunda est post ipsaz abrasionẽ ⁊ sanguinolãtationez vt cõglutinãtia ministrentur: ⁊ incarnãtia nota: ⁊ vltimo figillamus. Ex appropriatis ⁊ exptis sunt fex attramẽti ⁊ alia que in cura vlcerũ dicemus ꝓut ministrabit pius ⁊ misericors dominus. Tertia res cõpletur per abstinẽtiam stiptibus siccis ⁊ acetosis ⁊ acutis ⁊ salsis ⁊ vsu i pncipio omnium lenictium dictoꝝ ⁊ lubricantiuz ex cibis ex quibus sunt vitella ouoꝝ ⁊ amilum: ⁊ auellane penidij: ⁊ similia: ⁊ potibus vini albi dulcis maturi ⁊ aq̃ ordei ⁊ iuubarum ⁊ granatoruz dulcium ⁊ pomoũ ⁊ si milium. Et ex medicinis ex quibus cura est fortis est cõfectio de vitellis ouoꝝ cepe butyro vaccino ⁊ olo: ⁊ vltio cũ cõglutinãtibus q̃ sũt nota.

¶ Ca. viij. de medijs fistulaz ani.

Fistule in ano sunt vlcera ꝓfunda oblonga ⁊ cõcaua stricta in eo emittẽtia putredinem quasi cõtinue ad quod adiuuat supfluitatuz corporis missio ad ipsum ordinata. Et earũ quedam sunt non penetrãtes ⁊ sunt incolumiores: ⁊ q̃dam penetrãtes vsqz ad intestinũ rectum ⁊ sũt exterio

res: ⁊ quandoq; habent orificium vnum: quandoq; plura: ⁊ ille que sunt propinque concauitati introitus: ⁊ remote a lacerto latitudinali sunt incolumiores: qm̃ lacertus est salu⁹ a nocumento ꝓ maiori pte. nec in cura oz vt ledatur incisione vel corrosione medicinarū expedictiū ⁊ destruat tota rectio eius: ⁊ pducat ad egressionē stercoris preter voluntatē ⁊ qz est ꝗnuus cū venis arterijs quare fit in eis timor. Et causa ex q̃ gnantur ē qñq; ab apostemate ani dubelati vin pmanēte nō pforato sicut p̃dictū est: qñq; ab emorroidib⁹ incisis vel corrosis: qñq; ab vlceribus ꝓlongatis ⁊ pfundatis. ¶ Sig̃ fistule ꝓlongatio vlcer̃ ⁊ lōgitudo tpis ipsor̃ cū impotentia ō siccādi ⁊ ꝙglutinādi ea ⁊ si ꝙsolidari videant nō pmanēt ꝫ post q̃tu⁹ vel octo dies vel mense reddunt ⁊ penetrātes aī penetrantib⁹ distinguunt vt ūmisso digito intus in anū tenta per orificiū vlceris imittat: ⁊ siquidē ad digitū puenat vt eā tangat erit penetrans: si vo nō tāgat digitū ūmediate erit nō penetrās. ¶ Deterea si penetrās sit fecis aliqd in secessu emittet ꝓ vlcus. si vo nihil nō penetrans erit: ⁊ si declinēt ꝙcauitati introit⁹ vel ad lacertum sensu dignoscunt. ¶ Cura fistularū ani est tal. Nam si nō penetrantes sint ⁊ cursus putredis nō fuerit plurim⁹ neq; fetor fortis dimittant: solū aūt ꝙmotuz fieri necesse est. i. mūdificationē ipsar̃ cū abluēntibus abstergētibus: ⁊ mūdificantibus vlcera q̃ nota sūt i supiozibus vbi de cura vlcer̃ actū est: ⁊ infra sectiōe secūda. hec eni est cura ipsar̃ ⁊ pūisio. preseruat. n. ne pfundent ⁊ ledātur interiora nobilia ⁊ circūstantia mēbra ear̃ restrictio: cā est plurimarū egritudinū ⁊ mortis. Quandoq; si mā q̃ iñ fluere ꝙsueuit nō phibeat debito regie multiplicari vl̄ mltiplicata nō aliter expurget. Si vero cursus putredinis ⁊ fetor fuerit tediātes illas currare oz. Et cura eor̃ est qnq; res. ¶ Prima est corporis toti⁹ euacuatio ⁊ rectificatio vt in precedētibus caplis dictū ē. Secunda est remotio corruptiōis ⁊ putredinis nō solū humiditatis: sed ēt carnis mortue i eis apparētis vsq; ad radicē ⁊ carnē viuā. Tertia ē carnē bonā loco remote: ⁊ incise regenerare ⁊ indurare seu figillare ⁊ callosā reddere. Quarta est dolorē intenientez sedare. Quinta est regimen debitū ordinare. ¶ Prima rē ꝙplentia ex p̃cedētib⁹ nota sūt. Secūz rē cōplēt q̃ humiditatē mūdificant: ⁊ abstergūt putridā: vt est aq̄ mell̄ vel vinū in quo mel rosatū est dissolutuz ūmissa cū tenta vel clisteri si fuerint penetrātes: sunt autez tepida q̄ abstergunt melius ⁊ sūt anoamica: ⁊ post hec acuta farmaca ⁊ corrosiua puluerizata vl̄ cū tenta immissa que carnem mortuā corrodūt vt est pulus affodilorum aristologie ⁊ vnguentū viride ⁊ nigrum. Tertiam rem cōplent incarnantia ⁊ ꝙglutinantia nota supra ex quib⁹ efficacissima ⁊ expta est cauda equina. Et deinde ficca fortia ⁊ figillātia ⁊ cicatrizātia vt est puluis galle ⁊ corticis thuris ⁊ similia. Et ex. ꝓpijs est aloes puluerizatus simplex vl̄ cū predictis mixtus. mūdificat enim ⁊ ꝙsolidat vlcera difficilis ꝙsolidationis vt fistulas ꝓprie in ano virga naso ⁊ labijs seu ore. Quartam rē ꝙplēt vnctuosa acutatem farmacorum ⁊ etiā trāseuntiū stercor̃ corrodentium remittentia ⁊ sedātia vt est butirū ⁊ oleum rosatum ūmissuz cū tenta vel clisteri ⁊ silia. ⁊ qñq; narcotica sunt oportuna. Quintā rem ꝙplent abstinētia ab acutis salsis ⁊ acetosis que superfluitates trāseuntes reddūt acutas ⁊ vsus succorum exiccantiū frigidoz̃ quib⁹ permittant lenictia ⁊ lubricantia nota supra que seruāt nām lenitam. Si vo fuerit penetrantes eisdem rebus curā ꝙplebis: sed oz vt medicamina sint fortiora ⁊ imissa cū licuio vel tenta longa ⁊ subtili muncta ex eis ⁊ proprie ex attramento vt perueniant vsq; ad ꝓfundum ⁊ cū pila ꝙprimat̃ vt maneat in loco. sed qñq; perducit ad dolorē vehementē ⁊ ꝓprie cū fuerint corrosiua: ⁊ acuta valde quare timetur ex nerujs ne accidat spasmus: ⁊ sincopis: ⁊ tractus materie: ⁊ additio vlceris ⁊ pfundatiōis ipsius. Qua pp hipo. dixit. Quibuscunq; cancri abscōditi fiunt nō curari melius ē curati. n. citius pereunt. nō curati longius tp̃s perficiūt. quare sit ligata tenta filo vt cum dolor intendit: ⁊ intolerabilis fit extrahat̃ ⁊ administrentur sedantia dolorem ⁊ phibeant fluxū materie descendētis ad illum. Et quib⁹ est illud qō resoluit ex pistello ⁊ tabula facta ex plumbo fricatis cum olo rosato deinde reijterent donec sufficiat ⁊ vltimo siccantia: carnem gnāntia ⁊ cicatrizantia: ministrentur que fortiora sunt ⁊ ex ꝓprijs est lapis filagius ⁊ medicinas ꝙpositas quas expu⁹sumus subiungemus instant. Ulcera ani sunt nota: nō. n. sūt ꝓfunda ⁊ concana ⁊ stricta sicut fistule sed superficialia trū. Et cura eoruz est cura fistularum non penetrantium: ⁊ cum leniorib⁹ hñt compleri. ⁊ ex appropriatis est aloes.

¶ Capitulo. ix. de pruritu ani.

Pruritus ani notus est. Et cā eius sunt vermes ⁊ ascarides existētes in extremo recti intestini ac humores salsi venientes ad ipsū aut vlcera saniosa p̃dicta. Et cura eius est. Naz si sit a vermibus curet̃ cura vlceruz. Si vo ab hūoribus salsis ꝙsiderandū. nā si quidē sint tales hūores a superioribus missi due res in cura sūt necessarie. ¶ Prima est corporis euacuatio ab eis: ⁊ rectificatio regimis vt nō regeneret̃: sed adequent gnāti. Secunda ē eoz̃ q̃ sūt resolutō ⁊ abstersio. ¶ Primam ꝙplēt purgātia farmaca appropata tali hūori cū p̃cessiōe digestionū appropatoz̃ q̄lia sūt sirupus nr̄ de fumo terre ⁊ pillule ei⁹ ⁊ ecōueso regimis ad contrariū nature humoris: ⁊ fit cūcibis ⁊ potibus generantib⁹ sanguinē bonum abstinendo a salsis ⁊ acutis. Et derivatiua vt sunt ventose sup anchas posite ⁊ renes Secundam rem ꝙplent sessiones in aqs decoctis violis maluaz̃: melliloti acetose ⁊ granorum lupinorum ⁊ fūterre ⁊ absterfio cum eo: ⁊ deinde cum cerotis appropat̃ inunctis q̃ dicentur in cura scabiei. Si vero fuerint retenti tales hūores in ꝓtibus ani nō de nouo missi curent̃ vt supra intenasmone dictum est: ⁊ resoluat̃ ⁊ abstergantur cum lamia eris ⁊ suppositorijs tp̃atis: ⁊ quādoq; nā coticis ⁊ rob ex acetoso vini tunatinum est valde: ⁊ inunctio iuxta ignem ex sale ⁊ aceto ⁊ oleo ⁊ ventose super alchasos posite que mundificāt partes cutis ⁊ attrahūt sūbtile colericum qō hūores efficit salsū. Bibenda fm ꝓpicidanum experta ad fistulas deficcant ⁊ consolidāt. ℞. pedis columbini cardi benedicti añ. hū. i. cimarum rubi. ℥ iij. hec ⁊traria bulliāt in vino lib. v. vsq; ad ꝙsumptionē medietatis: deiñ colent ⁊ adde q̄rtaz̃ ptem mellis: ⁊ coq̄ paruz̃ ⁊ cola ⁊ vsui reserua de q̃ sumat manc ⁊ sero in ieiunio ciatū vnū: ⁊ quidā addunt calendulaz̃. Canda equina sepe sumpta in vino ⁊ emplastata curat fistulam interoa ⁊ ē expta. ¶ Puluis ad fistulam ⁊ cācrum ⁊ scrofulas apertas. ℞. arsenici: vitrioli aluminis: zuccari nitri ana. ℥ ij. puluerizent cuz aceto fortissimo in modum oximellis

Q

ponantur in olla ⁊ cooperiantur ⁊ circūuoluātur bono luto vt fumus inde non exeat ⁊ buliant lento igne a mane vſq; ad tertiam ⁊ remoto vaſe quod inuenitur in co operculo colligatur ⁊ ſeruetur: ⁊ tenta in ipſo puluere inuoluatur: ⁊ in fiſtulam imponatur: ⁊ ſit ibi per diem: ⁊ noctem: deinde remoueatur: deinde curetur ad modum alterius vulneris.

¶ Cap. x. de mollificatione ani ⁊ egreſſione eius.

Olliacatio ani ⁊ egreſſio eius eſt nota. Et eſt aut a natura ſeu iſantia: vel ꝓter naturā dilatatus ⁊ egreſſus nō ꝯgreditur ⁊ retrahaꝫ naturali ⁊ debito modo: ſed remanet extra ⁊ caput ſeu extremitas recti inteſtini cū eo: ⁊ qñq; paruꝫ qñq; in quātitate palmi vni⁹ ⁊ plus ꝓut in quodā videm⁹ ianuenſe. Et quandoq; egreſſio eius eſt cū voluntate: ⁊ eſt minus malū: ⁊ qñq; eſt ꝓter voluntatē ⁊ magis malum: ⁊ qñq; eſt ꝯſenſu ⁊ eſt melius: ⁊ qñq; ꝓter ſenſum ⁊ eſt peius: ⁊ qñq; ē egreſſio fecū inuoluntaria ⁊ eſt peſſimū. Et cā eius eſt aut mala ꝯplexio paraliticata frigida ⁊ hūida interioꝛ cū materia ſubtili imbibita in nervio latitudinali ꝯgregante ⁊ neruis longitudinalibus retrahē tib⁹ ipſuꝫ ⁊ inteſtinū cū eo: ⁊ qñq; eſt mixta cū clitate iuuante ipſam ad penetranduꝫ ⁊ imbibendū. Et qñq; eſt apoſtema in ano ſua grauedine trahendo iferius coadiuuans. Et quandoq; eſt exterius veniēs puta ex aqua frigida cū balneatur: vt fullonibus ⁊ nauigantib⁹ ſepe accidit vel aere frigido cum ei coacti exponuntur aliqui. Et quandoq; eſt ꝓpter emoꝛꝛoidarum ligationem inciſionem vel coꝛꝛoſionem in medicinis cadentē ſupra neruos ſeu lacertos p̄dictos: quare abſcindunt: ⁊ eius cura erit i poſſibilis. Aut propter caſum ſupra doꝛſum: aut percuſſionem diſlocantē ſpondiles a quib⁹ nervi predictoꝝ lacertorum egrediuntur quare nervi cōprimuntur vel diſprimuntur. ¶ Signa eiuſ que a ꝯplexione mala palitica eſt ſūt q; eſt q; paulatiꝫ accidit ⁊ preceſſit regimen multiplicans talem materiam: ⁊ eſt ſine ſenſu plurimū: ⁊ accidit vt egrediat egeſtio inuoluntaria: ⁊ ſi eſt cū caliditate ſenſus declarat ⁊ tactus: ⁊ ſi eſt a cauſa exterioꝛ: ⁊ frigoꝛe ſimiliter. Que vero ꝓpter alias cauſas eſt ſubito veniēs ⁊ eſt cauſa manifeſta abſq; aliquo alio malo regimine p̄cedente ⁊ accidit doloꝛ ꝓpter illud quod accidit in nervo ꝯſtringente vel retrahente de leſione. Cura eius que eſt a mala complexione paralitica interioꝛ cū materia frigida vel caliditati conuncta eſt ſimilis cure pruritus ani ab humoꝛe facti. Cum ergo preceſſerit corporis purgatio ab humoꝛibus predictis venientibus cum preceſſione digeſtionis cuiꝫ ꝓpriꝫ: ⁊ regimen fuerit declinans ad calidum ⁊ ſiccum neceſſe eſt vt humoꝛē illic imbibitum reſoluas abſtergas ⁊ exicces: ⁊ hoc cum cliſteri⁹ lauacris collirijs emplaſtis vnctionibus cum pulueribus. ¶ Cliſteribus quidem ex aqua marina: ⁊ euforbio vel ſerapio vel ieris magnis vel agarico ⁊ oleo rutaceo. Lauacris cum aqua maris ſulfuris baurach felle nitro ⁊ aquis termarum. Collirijs ex melle aloes ⁊ coloquintide. Unctionibus ex oleo nardino coſtino ⁊ laurino vel cerotis vt vnguentis appꝛopriatis que in antidotario noſtro diximus. Emplaſtis ex armoniaco ſerapio: ſtafiſagria aceto ſquille ⁊ cera ⁊ melle deinde ſiquidem retrahatur ⁊ reducatur vtaris ſtipticis lauacris predictis in tenaſmōe. Oō ſi nō retrahatur ⁊ reducatur per ſe oportet vt lauetur cū vino nigro pontico vel aqua aluminis decoctionis gallarum quercus ⁊ cipreſſi: ⁊ copularum glandium mirre ⁊ balauſtie ⁊ deinde aſpergatur puluere thuris merdadaſengi: ceruſe plumbi gallarum ⁊ antimonij: ⁊ deinde reducatur ⁊ reſtringatur ⁊ quieſcat: ⁊ ventoſa ſupra alchatim reducit ipſum. quod ſi anus non reducatur propter tumoꝛem ⁊ apoſtema in ipſo tunc oporꝛet vt mollificetur ſedendo in aquis calidis decoctionis mollificantium predictoꝝ in tenaſmonis cura cum oleo camōlino bdelio: quoniam reduceret deinde curetur cum eis que dicta ſunt in cura apoſtematis: deinde cum reſoluētibus ⁊ ſtipticis conſtringatur. Quod ſi non reducatur ad hec ſupra caudam a duobus lateribus eius cauteria applicentur. Et ſi eſt a frigiditate exterius procedēte curetur cū calidis ꝓut i tenaſmone dictum eſt. Et ſi eſt a caſu vel percuſſione ſupra doꝛſum curetur diſlocatio ſi poſſibile eſt vt in ſecunda ſectione deo duce dicem⁹. Pulvis cornu cerui ſuperaſperſus poſt ablutionem cum vino ⁊ reductionem confert. ¶ Medicamen expertum ybernici ad exitum ani. ℞. karabe cornu cerui huſli balauſtia: thuris antimonij acatie thuris minuti terantur: ⁊ pulueriz̄entuur ſuper anum ⁊ vmblicum: ⁊ renes cum petroleo ⁊ vitello oui aſſo. ¶ Aliud medicamen ad exitum ani ⁊ emoꝛꝛoidas ſuper lapidem molarē caliduꝫ folia porri cōtrita impone ⁊ acetum ſuperaſperge ⁊ faciat patientem ſedere ſuper eum ⁊ anche eius ⁊ renes inungantur melle ⁊ puluere ſemis naſturcij ⁊ ſuperliga. ¶ Itez aliud. ℞. abſinthium paritariam ⁊ mentaſtrum ſine aliquo liquoꝛe calefactum ⁊ ſuperpoſitum multum valet. Item ſpongia marina calefacta in aceto i quo cocte ſint radices granatoꝝ ⁊ mirtus ſuperponatur. Item mulceon calidum ſumptum multum valꝫ ⁊ quando vadit ad ſellam ⁊ ſurgit ab ea recipiat fumum colloſonie thuris ⁊ pinearum. Et ad doloꝛem ani paritariam bene decoctam ⁊ permixtam oleo: ⁊ deinde cocta applicetur.

¶ Item aliud ad doloꝛem ⁊ inflammationem. ℞. ſtercis galline ſiccum ⁊ recens diſſolue cum oleo in teſta calida ⁊ ſuper peciaꝫ extende ⁊ loco doꝛenti appone ⁊ oleū decoctionis ſcarabeonum balnei cum cibalaria facit idē. ¶ Medicamen Ba. conferens ad mollificationē ani ⁊ exitū ei⁹. ℞. fructus q dicitur arabuſti gallaꝝ ceruſe ō plumbo acatie barbe hircine corticis pini que dicitur ſātis thuris ⁊ mirre omni mane auf. iiij. pulueriz̄entur ſic ca: ⁊ poſtquā abluitur anus cum vino pōtico ſuꝑſpge.

¶ Incipit ſumma ſecunde particule ſectionis prime eſt ad medicinis egritudinem inſtrumentoꝝ vrine continens. xv. capitula.

Oblimis deus

renes creauit coſq; dotauit virtute ſpecifica qua ſuperfluitatez aquoſam traherent ex venis ⁊ virtute epatis impellentis in ſimila ſanguine ſequeſtretur: ex quo inamentum mixtionis ipſius extitit prefinituꝫ. Et coagulauit eos in ſubſtantia dura ex ſanguine ne ab eius acuitate moꝛdicante quaſi continue grauiter ledereni. Et combinauit eos vt ſi vni accidere.

nocumentum alius i operatione complenda subsistat se
cunque proinde vnamquamque plurimarum digonū sic
est in boue non vnius continue sbe sic in porco: vt cum
nocumentum alicui ex partibus eius accideret staret in
operatione tam necessaria cum plurimo eius ab illa par
te distincto. ¶Incumbit enī nature tā grandis necessitas
transcolationis aquositatis ex venis a sanguine vt nō mi
nor sit necessitate mixtionis ipsius cum eo quemadmodū
enim nutrimentum transire ad membra sine aquositate
non potest: nec eis distribui z apponi: ita sine eius segue
stratione nō valet illis distributum fieri vt sic ex primo
defectu accidit atrofia ita ex scdo proueniat ydrops vel
cacesia. ¶Hanc autē necessitatem: nam precognoscens illos
alligauit dorso neruis ac ligamentis explantatis ab eo
z iuxta venam supra ipsum extensam: z hinde latera-
liter collocauit vt a vena ipsa emulgēti vocata habilius tra
hant illam. ¶Collocauit illos secundū in homine: dextruz
quidem superius propinquum epati donec pennulam
eius tangat z hec: vt habilius ab eo illā tranheret quan-
tum possibile est. Sinistrum vero inferius vt quia quod
attrahitur ex illa non attrahit ex primo fozamine quod
habet ad venam: immo a dextro vt artrahatur z quod
propinquius. primo z ad longinquū. scdo sic que trans-
colatio melius compleatur ob quā pōita est in iferiori
seu intrīseca eorum parte concauitas ad quam transmit
titur primo z aqua impellitur inferius ad vesicam: z in
medio corpore renes quod de sanguine assocatur aquo
sitati: tranhendo purificāt meliori modo quo pñt ab ea:
vt nutriantur ab eo z aquositatem tamquam inutile ad
vesicam impellant. ¶Aquositas enī natura ordinate non
sic a sanguie purificata de epate transfertur ad renes qn
est sanguinis mixti ad mōz loture carnis recentis hanc
quo nutriantur renes quam si in sequestrando nec nutri
antur ex illo deficerz vrina rediret sic lotura carnis recē
tis eodē quasi modo quo si epar debile nō discernat quā
impellit eis aquositate a sanguie prout oportet. Et reni
bus aduenit neruus paruus quo excreantur pāniculi ip
sos a membris alijs distinguentes z circa venam flecten
tes z dorsum. ¶Aduenit qz eis vena illa magna ab epate z
arteria exarteriaqz aduenunt epati. ¶Post quoruz crea
tionem creauit vesicaz quēadmodū enim deus ad expul
sionem ficce superfluitatis que digestione prime insequi
tur ordinauit quedam membra ad sequestrandum ipsaz
a chilo vt superiora intestina gracilia maxime quedaz ad
colligendum vt monoclum z quedam ad complendum
vt collum quedam ad extraducendum vt intestinum rec
tum propter causam superius assignataz. Eodemqz mō
ad expulsionem superfluitatis aquose que secunde inse-
quitur digestioni ous membra instituit quedaz hic vero
ad sequestrandum vt renes quedaz ad colligendum z 2
plendum vt vesicam quedā ad producendum ipsam ex
tra: vt virgam propter eandem similiter causam: z vriti-
des vt viam per quam transiret de renibus ad vesicam.
Sicqz creauit eaz: z neruosam z paniculosaz: vt esset. sus
ceptiuaz extensionis in colligendo illam z duorum pāni-
culorum seu tunicarum vt fortis esset in continendo pro
inde fuerunt pāniculi ipsi ex ligamentalibus z neruis 2-
texti quorum interior est duplo grossior exteriori ne ab
acuitate vrine cui obuiat offendatur. Et colligetur in ea
subtiliter ingeniatus est vt sic eam intraret q per viam i
troitus quo quomō nullaten retrocedere possit qz si pos
set nature piclim: atqz fastidium pateret sicut serosus proi
de vritides pozos protensos a renibus ad ipsam dispen
sauit vt attingentes eam in concauo eius: z iuxta collum
inciderent inter duos pāniculos eius exteriozem tunicā
perforando prius z hoc per spatium hñs quantitatem ō
inde difrumperent interiozem pāniculum vt aquositatē
in eius 2cauitate transfundant z cum impleta fuerit ea 2
primente inferiozem pāniculum eius exteriozem subin-
trantes inter eos vritides clauderentur compressio quo
minus ex eis regrediatur vrina quantuncumqz z exteri-
us comprimant. Ait enim Galienus si enim ad quam
partem clauditur fenestra eam impellendo studeas aper
rire magis eam firmabis: z vt collecta in ea tenentur pro
voluntate nec exiret per eius collum quod ad eius ordi-
nauit expulsionem inuoluntarie sicut in patientibus vri
ne distillationem contingit. ¶Procreauitqz ipsum carno
sum plurimorum āfractuum z in eo lacertum latitudina
lem inuolut contractione cuius preclusum ad modum
marsupij vrinam retineret pro velle: z tam diu q vnctu
ositatem sanguinis qua inficitur trahat qua nutriatur. ō
inde eo mollificato vrina procedit ad virgam vt extra p
grediatur per circuntractionem z compressionem villo-
rum eius substantie si multa existat vrina: z si pauca exi-
stat in ea p circuntractionē z compressionem lacertozum
etiam ventris ordinatozum ad coadiuuandam etiam ta-
lium superfluitatem expulsionem. z continuatur vnicui-
qz latep eius neruo 2ptitatē hñs z vēe gete plsatiles z mlti
plicati sūt i ea vt sentiat cui initiū z ad q extēdit. Ex qb
manifeste colligit quod sic egritudies eius possibiles tpa
liē euenire atqz curabiles ppie z ex cōitate z prope sūt
generis malitie cōplexionis simplicis z 2mixte plrimū
z pure z cum materia pluz pp illō qō ō hūoī aduenit
eis cum superfluitate aquola z ḡuis male 2positionis vt
opillatio in eorum venis z poris ac repletio in concauī-
tatibus corūdem ex sāguine humore vel lapide. Et ge
neris solonis continui vt sunt vlcera z corrosio in corū
substantia z abscisio venarum z apertō earum. z gene-
ris apostematis ex quibus debilitat accidit vesica z re-
nes in eorum operratione predicta comuni z cum mul-
tiplicantur debilitatur ep donec pueniat res ad idropisī
si nō alr resistat dolēt quoqz z alia sinthomata patiūtur.
Et significatō s tales hēt ppie z potissime ex ppio do
lor: z tactu z dispōe membroz vicinoz 2patictiū eius ime
diate vt ē dorsū z alia vrinalia mēbra immediate vt ē epar
stōaci cor cerebz z ēt totū corp. ¶Ñ abohali mbz 2pa
tit alteri mēbro qz tertio mēbro associat sic cerebz associ
at frni ppea qz vnūqōqz associat epati z exeūtib cū vria
q si sana sint z appetitus nō sit lesus sitqz ch alijs 2tentis
preter naturam sanitatē epatis idicat z egritudinē renum
Si dolor i lūbis existat vt hypo. dixit z p ipsaz nō sanam
puta grossam z residentē multā eorum egritudies resol-
uūtur qbus plurimū pauci tas vrine associantur. Et fm
hec hic summa scōa quarte pticule sectiōis prie q est ō me
dicis egritudinū instrumentorum vrie capla 2tinet. xv.
Et qz renes z vesica in cāis egritudinibus: z accidentali
bus 2ueniunt plrimis q̄admodū z in actu vt ex predic-
tis apparet plurimum z in cura 2uenient z medicinis q
bus hz 2pleri vrūtibus tū in virtute z potentia elemen-
tari z specifice pp ipsoz vriam in natura p tanto de cura

gritudinuz plurimarum ipsoruz sil' loquemur causa bre
uitatis cumnois ivocatiõe q sit bñdictus.

¶ Capitulum ꝑmum ō medicinis male complexionis
renum ⁊ vesice.

¶ Capituluz secundum de oppilatione renum ⁊ vesice
ex lapide: ⁊ medicinis eius.

¶ Cap. tertium de oppilatione renuz ⁊ vesice ex sãgui
ne vel alio humore ⁊ medicinis eiusdem.

¶ Cap. quartum de dislocatione rnũ ⁊ vesice ⁊ medis.

¶ Cap. quintum ō. solõe continui i renibus ⁊ venis eo
rum ⁊ eorum vlceribus ⁊ scabie ac reliquoruz membro
rum vrine ⁊ medicinis eorum.

¶ Ca. extum de apostematibus renũ ⁊ vesice ⁊ medis

¶ Cap. septimum de dolore renum ⁊ vesice prouenẽ
te ex eo: ⁊ medicinis eorum.

¶ Cap. octauum de ōbilitate renuz ⁊ vesice ⁊ dislictõe
nocumentorum ꝓtigẽtiũ i actõe vrinandi.

¶ Cap. nonum de diminutione seu paucitate vrine ab
latione ⁊ priuatione ipsius.

¶ Cap. decimum de diabete.

¶ Cap. xj. de fetore vrine.

¶ Cap. xij. de dissuria ⁊ inuoluntario exitu ⁊ distillatio
ne vrine.

¶ Cap. xiij. de stranguria ⁊ difficultate vriue.

¶ Cap. xiiij. de ardore vrine.

Cap. xv. de multitudine ⁊ mictu in lecto

¶ Cap. de medicinis male cõplexionis renuz ⁊ vesice.

m Alla cõplexio renũ: ⁊ vesice spcies eius cause si
gna ⁊ cura ex hijs que dicta sunt in epate sunt
manifesta ⁊ infra cap. de ōbilitate dicemus.

¶ Oppilatio in renib⁹ ⁊ vesica ⁊ alijs instrumẽtis vrine
plurimum est coartotaria ꝓp illō quod⁹ descẽdit ad ea ō
superfluitatibus cum vrina: ⁊ si ex huoꝝ est implente ⁊
oppilante aut erit ex multitudie sãguinis ⁊ signa eius sẽ
sanguinea vrina cũ dolore grauatio in eis ⁊ dorso. Ali
abohali ait est autem cũ in egritudinibus acutis sangui-
neis vrina sicut sanguis ipse emittit apitione vene non
existente in renibus ⁊ significat replonem supfluã in veis
quaz contrahit ⁊ oñditur i renib⁹ eẽ dolor grauatiu⁹ par
tium predictaꝝ adiũctus illi: ⁊ significat eã tactus calida
tatem inuenẽs supra renes ⁊ dorsũ: sitis quandoqz: ⁊ f
gimen vlg ⁊ alie consimiles circumstantie iuẽte i eo cũ iu
uamento a frigidis ⁊ quãdoqz erit ex congelato sãgũie i
vesica de qua infra de solone dicet. Aut erit ex alijs hũo
ribus grossis ⁊ viscosis. Et signa eius sũt vria cũ hypo
grossa ⁊ conglobata ⁊ cũ ampullis sup natantib⁹ vt hy.
dixit in affo. cum maiori grauedine seu doloris grauati-
ni renum additõe non soluz ꝓp id quod oppilat ꝙ etiaz
pp id quod ex oppilatione retinẽt: ⁊ aggregat. Et ẽ i ea
retentio vrine quãdoqz vt infra dicet ⁊ tact⁹ inueniẽs frigi
tatem supra renes ⁊ regimẽ precedẽs mltiplicãs tl'es hũo
res ⁊ alie consiles circumstãtie cum inuamento ex calis.
⁊ quãdoqz est cũ ventositate / gõssa coartataũ eis genera
ta ex predictis hũoribus calefactis vel cibis. Et signa ei⁹
sũt signa⁹ ꝑdicta cũ extensione percepta seu tẽsiõe ꝓpe cũ
moõetur ⁊ iclinat. Et quãdoqz ẽ ex hũorib⁹ mediocrit
alteratis puta sanie grossa ⁊ viscosa coartata in eorum
concauitate ⁊ poris quã natura expellit ꝑ venã adorti ma
ore a superiorib⁹ mẽbris ad mẽbra vrine sic. B. ⁊ abo-
hali dixit. Et signa sũt añcessio apostematis dubellati in
superioribus membris vl' vlcera ⁊ prope i epate ⁊ spũali
bus membris ⁊ vrina sanios ⁊ ardore. Et signuz cõe in
omnitã est stupor inferiorum mẽbroꝝ eo. q' spũs sẽsi-
bil' ad ea bono mõ trãsire nõ valet cum qbusda ꝑdictoꝝ
signoꝝ. s. dolore grauatiuo: ⁊ sensu caliditatis supra re-
nes aut erit ex lapide de quo stati dicetur. Cura eius q ẽ
ex sanguine est euacuatio cũ floia ex balsilica vsqz ad lip
potomiã deinde si expedit cum floia sarene vel aptõe ve
narum emoroidalium ⁊ cũ regimine extenuatio vel i fri
gidatio ex diureticis frigidis. Et cura eius q est ex hũore
grosso: ⁊ viscoso est cura oppilationis epatis ex hũorib⁹
grossis talibus. Et ẽ in sũma tres res. ¶ Pria ẽ regis sub
tiliatio ꝙa est adequatio materie. Tertia est euacuatio ip
sius. ¶ Prima res nota est. Scda ẽt. Tertia ex premissis
ibidem complet tñ qñqz cũ soluentibus cum derivatiõe
vt sũt vomitus clisteria ⁊ farmaca ventris solutiua ex q
bus ꝓpriuz ⁊ simplex agaricum ⁊ galbanum semẽ vrtice
yreos asaruz serapinũ cũ ydromelle: ⁊ vterqz elleboris
Et compositus est yera. oz autem ne sit soluño laboriosa
